



10290. 1.
**TRACTATUS SELECTI
DE
PRIVILE-
GIIS,**

In quibus

NON SOLUM DE PRIVILEGIIS IN GENERE
Eorum divisione, Revocatione licita, vel non licita, A-
missione, Abusu &c.
Absolutissime agitur, sed & in Specie materia ista in foro Ut-
lissima scil.

**PSEUDO PRIVILEGIIS
FISCI,**

Fusius exponitur, & quæ Privilegiis Fiscalibus Vulgo
perperam accensentur?

**MAGNO ERUDITIONIS
APPARATU,
SOLIDISSIMARUMQUE RATIONUM VIDEMONSTRA-
TUR CONJUNCTIM
IN GRATIAM OMNIUM INFORO VERSANTUM
CUM INDICE RERUM AC VERBORUM
LOCUPLETISSIMO EDITI.**

**C E L L I S,
IMPENSIS HIERONYMI FRIEDER. HOFFMANNI.
M D C C X I I .**

6000.1



SCHWENDENDORFFER
DE
PRIVILEGIIS.

Thes. I.

PRivilegium est lex l. in leg. 5. π de testib. l. quæ ex relat. 2. C. d. ll. & hic Gotbofr. not. d. §. sed & quod Principi. 6. I. d. J. N. G. & C. Mevius Part. 2. Decis. 39. n. 3. Coler. Process. Execut. P. 1. c. 4. n. 1. f. 122. privata c. Abbate de V. S. c. Privileg. dislindt. 3. Ferdin. de Castro-Palan. Part. 1. Tract. 3. Disp. 4. Punct. 1. n. 1. f. 206. Amyl. Feretr. in avthent. si quis. l. Procurat. 7. de Edend. n. 45. p. 81. Cujaz. l. 15. Observ. c. 8. Svarez. d. ll. lib. 8. c. 1. n. 3. Wissenbach. in Disput. II. ad Reg. Jur. thes. 1. aliquid speciale Jul. Mancin. collat. lib. 1. c. 140. n. 12. f. 197. Zas. in Comment. ad π. de Const. Princ. n. 13. Id in Comment. super Decret. de Privil. n. 1. Wagnerec. in Rubr. Extr. de Privil. n. 1. f. 903. ex singulari ratione indulgens Hahn. ad Wesenb. de Const. Princ. n. 2.

Thes. II.

Legis autem nomen obtinet privilegium non in stricto sensu, prout accipitur §. Lex est 4. J. de J. N. G. & C. Svarez. & Ferd. de Castro Palao. cit. l. sed in significacione quadam latiori & augustâ, quatenus videlicet vocatur Constitutio Principis, & legi non scriptæ seu consuetudini opponitur. §. sed & quod Principi. 6. I. de J. N. G. & C. 1. Quod Principi 1. π. de Const. Princ. Conring. Disp. de Privileg. recte conferend. & auferend. thes. 4.

A

Th. III.

Th. III.

Varias habet divisiones: Vulgatissima tamen & maxime usitata est, quâ aliud PERSONALE dicitur, aliud REALE
l. privil. 196. π. de Reg. Jur. l. forma. 4. §. quanquam. 3. π. de Censibus,
l. ait. Prætor. 1. §. & datur. 13. π. de aquâ cotrid. l. verum cſt. 63. §. vi-
dendum. 1. π. pro socio. l. ex pluribus. 42. π. de pericul. & administr. tu-
tor. l. 1. sed et si. 28. §. contra. 1. π. de Judic. & ubi. c. Mandata Extr. de
Præscript. Hoc est, quod ex singulari ratione immediate & direc-
tè alicui, rei muneri vel conditioni distincta à Personâ conceditur. *Struv. Exerc. 2. th. 28. Rebhan. Hodoget. Jur. Chart. 2. clim. I.*
Wissenb. in C. de divers. reascript. & Pragm. fæction. Georg. Achac. E-
nenkel. Baro Hohenheimenf. de Privileg. lib. 2. c. 1. n. 2. Illud vero
 singulari ex causâ immediate & directe fertur in personam ratio-
 ne sui. *Thoming. consil. 4. n. 16. f. 46. Ferd. de Castro-Pal. cit. l. Punct.*
2. n. 1. Udalric. Zasius super Infort. solut. matrim. l. Maritum. 12. Tom.
2. n. 22. f. 32.

Thes. IV.

Ingeniosè animadvertisendum est; Personam hîc loci nequaquam denotare eum, qui Privilegiô fruitur, quippe nulla hoc modo forent realia privilegia, quod omnia personæ utilitatem atque commoda principaliter & ultimâ respiciant: sed subiectum, cui velut immediate ratione sui ac indistinctè privilegii adhæret immunitas. *Frantz. in Comment. ad π. de Conflit. Princip.*
numer. 37. 38. & seq. Carol. Tapia de Confl. Princeps part. 2. cap. 3. nu-
mer. 21. 22.

Thes. V.

Facilius autem dignoscetur privilegium an rei, an personæ competit, si cum Svarezio & Frantzio *cit. loc. examinemus* sollicitus MÓDUM PERSONÆ, cui concessa, & facta est gratia; CAU-
 SAM ET RATIONES, quæ moverunt indulſisse; denique ipsius pri-
 vilegii VERBA SEU TENOREM.

Thes. VI.

Quod ad PERSONAM attinet, alia est PROPRIA, alia FICTA
 SEU MYSTICA Wagner. in Rubr. Extr. de Privil. fol. 904. n. 4. Illa
 consideratur vel ut particularis, aut unum aliquod individuum.
Struv. Syntagm. Exerc. 2. th. 29. vel prout respicit certum aliquem
 perso-

personarum ordinem aut genus, ut, Doctores, milites, minores, pauperes. Igitur si personam propriam priori intuearis sensu, utique privilegium, cum soli illi personæ competit, neque eam egrediatur, sed potius cum illâ finiatur, vocandum est PERSONALE. Sordidorum. 13. C. de Excusat. muner. lib. 10. l. qui ob hoc i. §. personis. 1. 7. de Jure immunit. Barbos. ad l. quia tale. 13. π. solut. matrimon. Tom. 2. n. 1. Aymon. consil. 239. n. 4. lib. 2. Lel. Mancin. Disquis. Genial. c. 57. n. 3. p. 131. Posteriori spectata modo, privileg. mixtionem respicit, & aliquid tum a realitum à personali participat. Moraliter autem tale privilegium, quatenus conservationem illius individuorum defectus nunquam impedit, aut minuit, perpetuum est adeoque REALE simillimum: Cravett. consil. 929. num. 4. Menoch. Præsumpt. 103. lib. 3. n. 14. Mar. Freccia in tract. de subfeud. lib. 2. de aut. Baron. Èa vero parte, quâ cum personâ extingvitur. PERSONALE refert, & adumbrat. Quæ mixtio tamen inæqualis non rarò existit, præponderante modo personalitate, modo reilitate, Donell. lib. 21. comment. c. ult. Factum denique privilegium directo personæ mysticæ, REALE dicitur atque PERPETUUM, l. forma 4. §. quanquam. 3. π. de censibus quia & persona, cui impertitum est, immortalis, propter continuam successionem l. Proponebatur. 76. π. de Judic. & ibi Gothofr. n.

Thes. VII.

CAUSAM intelligimus non impulsivam, sed finalem & propter quam gratia concessa est. Si enim Princeps ex favore singulari, personæ sine aliquo respectu immediate providere voluit, utique privilegium personale aestimatur: Si verò indulgetur propter causam personæ non coherentem, pro reali habetur, Petr. Barbos. cit. l. n. 3. Natta consil. 163. n. 4. lib. 104. n. 16. Zaf. lib. 2. sing. respons. c. 4. post. princ. Bald. in l. Maritum. 12. π. Solut. Matr. Aymon. consil. 40. 4. n. 1. l. 3. Decius ad l. in omnibus causis 68. π. de Reg. Jur. n. 4.

Thes. VIII.

Quibus omnibus tertium præsuppositum, VERBA nimirum privilegii clariorem lucem fenerantur. Hac enim, quando directe concernunt personam, regulariter PERSONALE reputatur. Quoties vero rem extra personam, REALE censetur. Alciat. Respons. lib. 4. consil. 7. numer. 16. Barbos. cit. l. Ruin. consil. 217.

n. 16. vol. 1. Boer. Decis. 177. n. 16. Bellon. cons. 20. n. 7. Bart. l. 1. n. 24
de Confl. Princ. Alexander de Imola cons. 86. num. 1. lib. Felin. in cap.
mand. num. 2. de Praesumpt.

Thes. IX.

Exorto autem dubio, an privilegium pro reali, an pro personali sit habendum; nimurum si verba personam, reliqua vero circumstantiae & qualitates rem respiciant variae Dd. & Interpret. sunt sententiae. Esse volunt Personale Sanchez. de matrim. lib. 8^a
disp. 27. n. 4. Jason. in l. Si sic 133. n. 12. π. de V. O. Georg. Cabed. P. 2^a
Decis. 93. n. 4. ex ratione, quod privilegia sint stricti juris. Reale
pronunciant Cothmann. Respons. 8. n. 85. v. 5. Carol. Tapia de Const.
Pr. P. 2. c. 3. n. 30. seqq. Tiraquell. de Jure de primogen. qu. 40. n. 69.
Decius ad l. in omnibus 69. π. de R. J. Nos distingvendum putamus: Si Privilegium est omnino favorable, quod nec juri communi deroget, neque jus tertii enormi laedit praedictio, in causa dubio pro Reali est aestimandum: tum quod Principis beneficium late sit interpretandum l. Benefic. 3. π. de Constit. Princ. tum quod mansurum esse decet, c. decet. de Reg. Jur. in 6. Verum si sit odiosum, & vel à jure communi exorbitet, limitandum & personale judicandum est, c. is qui defect. §. ille vero de filii presbyt. in 6. vel si sit praeter jus commune, vergat tamen in praedictum tertii grandius, eâ quâ violat tertium parte, personale dici debet. Antonin. Diana Part. 4. Tract. 3. Refol. 1. Basil. de Leon. de Matrim. lib. 8. c. 18. §. 1. n. 7. Bonacini. disp. 1. de II. qv. 3. punct. 1. numer. 7. Affid. Decis. 29. numer. 27. Lancellot. Templ. omnium Jud. p. 340. numer. 4.

Thes. X.

Porro privilegium est vel GRATIOSUM vel REMUNERATORIUM. ILLUD vocatur, quod sine ullo respectu ad merita & facinora privilegiarii gratis conceditur, Thoming. cons. 32. n. 62. Rauchbar. qv. II. n. 20. part. 2. Hoc seu REMUNERATORIUM, est quod propter merita vel propria, vel aliena alicui applicata confertur, Svaretz. d. II. lib. 8. cap. 4. numer. 8. Bald. in l. fin. de Sonat. transitque tanquam reale ad haeredes, Alciat. lib. 4. cap. 7. numer. 3. pag. 347.

Thes. XI.

Thef. XI.

Aliud quoquo est Privilegium PERPETUUM, quod nimirum adharet rei de se perpetuæ, & absque ullâ temporis limitatione impertitur, c. que semel. cap. 19. que st. 3. aliud TEMPORALE, quod ad certum tempus, solam personam & conditionem restringitur. l. quoties 2. C. de prec. Imp. offer. c. Privil. d. R. J. in 6. Hahn, in Comment. ad Wesenb. cit. l. Zaf. in Comment. super Decret. cit. l. hoc verò quotupliciter contingat, prolixius exponit Ferdin. de Castro Palao. cit. l.

Thef. XII.

Annectere possemus divisiones privilegii; in ABSOLUTUM & REFERENS seu AD INSTAR, de quo Horat. Mandat. integrum edit. tractatum, & copiosus est Dominic. Cardin. Tusch. in Pract. Concluſ. Jur. 763. lit. P. item in AFFIRMATIVUM & NEGATIVUM, ut & SCRIPTUM & NONSCRIPTUM, Hahn, Svarez, aliquique cit. l. nisi brevitati velificaremur.

Thef. XIII.

Indulgentur autem atque conferuntur privilegia solum ab iis, quibus competit II. ferendarum potestas, arg. l. de quib. caus. 32. §. Inveterat. confver. ult. π. dell. & l. si imperialis ult. §. cum igitur. l. C. ibid. Antonin. Part. I. l. 19. c. 1. in pr. Bonac. Disp. I. qu. 3. p. 3. n. 1. Salas. Disp. 17. scilicet. 3. n. 17. quæ penes Majestatem est, sive illum qui habet Dominium Civitatis. l. quod Princip. I. l. benefic. 3. π. de Conf. Prince. l. leges generales 3. C. d. ll. Bodin. l. I. de Republ. c. ult. Bertaz. de claus. Instrum. class. 21. gloss. 24. n. 1. & 2. Borcholt. de feud. c. 5. n. 37. Reinking. de Regim. Secul. & Eccles. I. class. 3. c. 12. num. 41. Et enim cum privilegia aliquid speciale concedant, Thef. I. in fin. adeoque juri communi & legi receptæ aut derogent, aut aliquid addant, naturæ & rationi sanæ convenientissimum est, ut etiam ab iis, qui II. tollere, abolere & fancire possunt, constituantur, quod omnia eodem, quo colligata sunt vinculo, debeant quoque dissolvi. l. Nihil tam naturale. 35. & l. omnia. 200. π. de R. J. ibi que Wesenb.

Thef. XIV.

Quæ potestas habetur tum jure proprio l. more 5. π. de Juriſd. l. quæcunque l. cognitio 4. π. de offic. ejus, cui mand. est jurisd.

in omni Republicâ, sive Monarchicâ, sive Aristocraticâ, sive Democraticâ, liberâ, nullumq[ue] superiorem, nisi Deum agnoscere. *Aristot. lib. 4. Politic. c. 14. l. Deo auct. l. in pr. Cod. de vet. Jur. encl. Obrecht. de jurisdict. th. 137.* tum ex concessione seu beneficio alieno, *Reink. in cit. tract. l. I. class. §. c. 1. numer. 13. Svaraz. cit. l. c. 8. n. 5. & II.*

Thes. XV.

Cum igitur principio Romani more reliquorum populorum *Justin. lib. I. c. 1. n. 3. & ibi Perneg. not. lit. c.* nullis certis tene-rentur legibus, sed omnia manu, id est, arbitrio & libidine regis gubernarentur, *I. Necesse. 2. §. Et quidcm 1. π. de O. J. Tacit. Annal. 3. c. 26. Dionys. Halic. 10. I. Wesenbec. ad tit. de O. J. privilegia quoque proprio loquendo dari non poterant: post deinceps autem feliciter viribus, paulatim leges latæ sunt, *I. Necesse. 2. §. Postea. 2. π. de O. J. quæ inde regiæ dictæ, *I. Negat. lex. 2. π. de mort. inferend. Luc. Valer. apud Liv. l. 34. Tiber. Decian. l. 2. Tractat. crim. c. 2. §. n. 2.** Item curiatæ, quod curiarum, in quas populus à Romulo divisus, suffragiis & punctis promulgarentur. *Manz. in Tractat. de Ort. & Progr. Imp. Rom. Tit. 3. §. 8. numer. 5. Wesenbec. in Comment. ad Tit. de O. J. num. 2. Gotbofr. in Manual. J. Civ. cap. I. tumque indulgeri poterant à regibus, si quid alicui præcipuum esse voluerunt, privilegia. Pulsis deinde ex urbe regnoque regibus imperium ad optimates & populum pervenit, cuius jussu & auctoritate **II.** quoque constitere *§. lex est. 4. I. de J. N. G. & C. & privilegia, per aliquot propemodum secula, Bacl. in Comment. ad Tacit. Ann. p. 5. donec lege Regiæ, quæ tempore Augusti lata l. apudeum. 14. §. imperator. 1. π. de Manumiss. S. Irm. in Nomoth. Rom. Germ. tit. 3. p. 1. §. 1. populus in Imperatorem & Principem omnem potestatem suam privative & abdicative contulerit *§. Sed & quod Princ. 6. J. de J. N. G. & C. Conf. Deo auct. §. Sed & hoc. 7. de Concept. π. Petrus de Andlo l. I. c. 7. & Marquard. Freher. in not. ad h. l. Schüz. colleg. jur. publ. p. 407.****

Thes. XVI.

Quo circa hoc privilegiorum conferendorum jure & potestate præcipue Imperii Romani gaudet Princeps. l. inter aquitatem. I. & l. si Imperialis ult. §. Cum igitur l. C. dell. l. ait Prætor. 1. §. idque

idque 42. π. de R. N. I. Nupt. 12. π. de Senat. I. fœminæ 18. π. de Testamentar. tutel. quæ ei ita annexa est, ut sicut radii à sole, ita hæc ab Imperatore in alium privativè transfundi non possit Panorm. de Jurisd. I. I. c. 21. n. 1. Unde & lex viva five animata in terris dicitur Novell. 105. cap. Si autem. 2. §. Subjaceat. final. Manz. cit. tr. Part. 2. tit. I. §. 6. n. 30. Cumque hujus II. omnes, qui sunt in orbe Romano tam Clericos quam Laicos obligent, I. Prætor. ait. 3. §. Divus. 5. π. de sepulcr. violat. cap. quo jure & cap. que contra mores Distinct. 8. cap. quoniam & cap. de capitulis. Distinct. 20. cap. cum adversum. Distinct. 96. cap. volumus c. II. qv. 1. Cravett. de antiqu. temp. part. 4. c. ult. n. 8. & seq. Ziegler. in Jur. Can. ad lib. 3. tit. I. §. 1. p. 646. Jul. Clar. lib. 5. de recept. sentent. §. fin. Arniseus de Subject. & Exempt. Cleric. c. 3. num. 2. privilegia illius quoque in omni terra obtine-re debent I. Sacrilegii 5. C. de divers. rescript, I. generaliter 52. C. de Episc. & Cler.

Thef. XVII.

Et post Imperatorem olim hac auctoritaritate fruebantur; Præfectus Prætorio I. Restituend. 6. §. aliis etiam fin. C. de Advoc. divers. Judic. Pætor. I. hæc bonorum. I. in princ. π. Unde Cognati I. mulieri 15. §. in bonis. I. π. de Curat. furios. Senatus I. non tantum 17. §. Intensibus. I. de Excusat. Quæ tamen nequaquam Præfecto Urbi, vel Tribuno Celerum elargita, etiam si merum habuerint imperium: I. omnia. I. in princ. π. de offic. præf. urb. I. Necess. 2. §. Isdem 15. π. de O. J. Etenim meri imperii concessio non sub se continet potestatem condendi leges, & quamvis acriter disputerent Dd. an leges ferre sit meri imperii, negativa tamen firmiora in jure ha-bet fundamenta Zæf. in Comm. sup. π. ad. tit. de jurisd. n. 14. Bachov. in not. ad Wesenb. cit. tit. de jurisd.

Thef. XVIII.

Hæc moribus antiquis. Nostro quid sentiendum ævo scrupulus, atque dubitatio exoriri potest. Nimirum quod Reces-sus Imperii satis dilucide affirmit, Imperatorem absque con-sensu statutum II. universales promulgare non posse: ut in Præ-fat. des Königl. Land Friedens zu Worms de anno 1495. §. Dar-zumb mit zeitigen Rath. it. in Handhabung des Fried. cod. anno ibid. in princ. Darzumb mit zeitigen Rath und Willen/ & in fin. Wir bez-fennen

Kennen / daß solche abgeschriebene, it. in Erklärung des Land-Fries-
dens zu Augspurg anno 1500. in princ. Mit derselben zeitigen Rath
und hoher Vorbetrachtung / verwilligen und annehmen / & R. A.
zu Augspurg 1500. circafin. Bekennen und thunkund daß ic. in der
Römischen Königl. Majestät / und gemeiner Stände des Reichs
Auffsatzung und Ordnung ic. Deinde quod in Ferdinandi III. glori-
osissimae memoriae Capit. art. 37. & in Leopoldi I. Sacratissimi atque In-
victissimi Imperatoris nostri capit. art. 34. ista reperiantur verba : Wir
sollen und wollen auch hinsühro ohne Vorwissen und consens der sie-
ben Thurfürsten niemands wes Stands oder Wesen der sey mit
Münz-Freyheiten ic. & insine, oder andern hohen Privilegiien nicht
begnadigen oder begaben. Præterea adhibuisse quoque statuum
Imperatores consensum multis ante temporibus , clarescere ex
Goldast. Conflit. Imper. Tom. 1. p. 216. Lundorp. A. f. publ. Tom. 2. libr.
1. tr. 2. p. 14. Andern Theil gründlichen Historischen Berichts der
Reichs-Bogtey Monit. 4. prel. p. 28. Denique Instrumentum Pa-
cis §. 8. Gaudeant. jus suffragii sine contradictione in omnibus de-
liberationibus super negotiis Imperii, præseitum ubi II. ferendæ,
vel interpretandæ, bellum decernendum &c. Statibus Imperii
tribuere, adde sis Burgold. Disc. 10. n. 15. p. 1. ad Insfr. Pac. & Fran-
cisci Irenici Colleg. in h. l. Ex quibus Hippolyto à Lapid. in suâ dis-
sertat. de Rat. Stat. p. 1. c. 6. sect. 1. nata est occasio, ut hæc protru-
deret verba : Hoc regale hodiè Imperatoribus non magis qua-
drare, quam si exiguo pedi ingentes aptes cothurnos, eo quod
ob tantam procerum in II. ferendis potestatem hodiè etiam Im-
perii, Reichs-Abschid / vel saltem Imperatoris & Imperii Reces-
sus dicantur R. A. d. A. 1567. zu Erfurth. §. Aber doch Unsere und
des Reichs Ordnung und Constitution.

Thes. XIX.

Verum enim vero non facile ex dictis privilegiorum regale
Imperatori prorsus denegabitur. Largiamur quod in legislato-
rio jure participant status, quoad potestatem universam in Co-
mitiis , privilegia tamen & immunitates concedere remanebit
Imperatoris. Carpov. de L. R. c. 12. sect. 2. n. 8. & seqq. Lampad. de
Republ. Germ. p. 3. c. 14. n. 2. Aur. Bull. Tit. de Revoc. privil. in fin. &
Tit. de Psalburg. Bacl. in Notit. Imp. Rom. Germ. lib. 4. c. 1. numer. 4.
Neque

Neque ut aliam asciscamus opinionem persuadebunt Capitulationes. Non equidem inficiamur, sed potius asserimus *contra Limn.* & *Strauch.* *Diss. Exot.* 4. n. ult. ut & *Eitel Friedr.* von *Herden* Grundfest des Heil. Römischen Reichs. P. 1. c. 1. & *Dn. Carpz.* de *L.* Reg. c. 13. seqq. 1. eas Majestati Imperatoris ex parte derogare, *Odenb.* in *Limn.* encl. lib. 1. c. 10. n. 7. *Severin.* de *Monzamban.* c. 5. §. 4. *Pacific.* à *Lapid.* in *notis* & *strict.* ad *Monzamb.* *Diss.* n. n. 2. *Ziegler.* ad *Grot.* lib. 1. c. 3. n. 18. Ast quatenus disponunt circa gratias & privilegia, accuratius depositunt judicium, neque sine omni intelligentiae veniunt discriminē. Quippe alia privilegia insigni & grandi laedunt præjudicio II. universales, Principumque jura, & extremam imperii fundamentis minitantur ruinam: alia verò sunt præter, imò etiam contra leges universales, non tamen illis tantum detrahunt, ut timenda inde Imperii eversio. Quæ igitur prioris ordinis sunt, illa illimitate Imperatoris non subjiciimus arbitrio, sed unà cum Capitulat. Statuum quoque consensum ad ea requirimus. Quæ verò posterioris loci, salva adhuc hodie circa illa Imperatoris est potestas atque auctoritas, *vid.* *Conring.* ad *Lampad.* Part. 3. c. 14. §. 2. *Hermes in fasc.* inf. P. c. 11. n. 76. Denique Instrumentum Pacis cum nullam faciat privilegiorum mentionem; de II. ferendis seu condendis tantum intelligi debet: quod odia sint restringenda, c. odia de R. J. in 6to. Hippolyto autem satisfecit Johan. Schluterus in *animadv.* in *Ejusd. Diss.* cit. I. p. 285. & seqq. Ex quibus evidenter satis abparet, quæ circa gratias adhuc hodierno Imperatori competat & reservata sit libertas.

Thef. XXI.

Quod Eletores & reliquos Imperii nostri status attinet, illi potestatem hanc habent ex concessione & communicatione, vi scilicet infeudationis & investituræ. N. A. von Handhabung des Friedes d. Anno 1521. Worms §. Darauff befehlen wir ic. bey Bev lust aller Gnaden/ Privilegien und Rechten/ so Ihr von Uns/ und dem Heil. Römischen Reiche/ oder andern habt ic. *Pacific.* à *Lsp.* in *not.* & *strict.* ad *Severin.* *Monzamb.* *Diss.* 9. n. 4. *Stephan.* P. 1. lib. 2. c. 5. *Andr. Knich.* de subl. territ. jur. c. 1. n. 187. *Petr. Gregor.* de *Concess. feud.* qu. 8. Part. 1. *Weise de Princ. eor. jur.* th. 20. Vulgo vocatur

tur Superioritas territorialis, die hohe Landes Fürstl. Obrigkeit. Reink.
de Reg. Sec. & Eccl. l. I. cl. 5. c. I. num. I. Carol. Sigan. de Regn. Ital. l. 7.
Thom. Mich. de Jurisd. concl. 44. Chr. Besold. de Jurisd. Imp. Rom. qu.
18. Dn. Carpz. d. L. Reg. c. 13. seq. 6. n. 41. & Generofiss. Dn. à Secken.
Dorff passim in tract. suo vom Deutschen Fürsten-Staat. Cujus
contemplatione tantum dicuntur Principes posse (illæsa
tamen Imperatoris auctoritate) in suo territorio, quantum illæ
in toto imPerio, Berlich. part. 2. concl. 4. n. 20. Dn. Carpz. Part. 2.
Const. 24. Def. 53. n. 1. & seqq. R. A. d. A. 1529. zu Speyer / Tit. von
Räyserl. Constitution. Paul. Castrensi. c. 228. Deelian. resp. 5. n. 17. vol.
4. Caccheran. Decis. Pedemont. 88. n. 17. Marant. Disp. 6. n. 14. Aucto.
Apolog. Colmariens. cap. 5. memb. 3. fol. 322. Schrad. de feud. p. 9. seq.
10. n. 36. Imo quamvis II. & privilegia ab illis (ad quorum ro-
bur confirmatio Imperatoris non quidem necessaria, utilis ta-
men est. Betsius de Pact. famil. illustr. c. 2. p. 38.) non solum præter,
sed & contra ius commune dantur, tanti tamen sunt valoris, ut
in Decisionibus causarum inter Provinciales, quæ disputantur,
Camera Imperialis secundum eas pronunciare teneatur, Ord.
Camer. P. I. tit. 56. arg. cap. venientes de jurejurand. Gail. lib. I. Observ.
36. n. 14. Limn. d. J. P. lib. 4. c. 8. n. 253. Nicol. Myler. de Princ. & Stat.
Imp. c. 39. p. 365.

Thes. XXII.

Luce clarius inde patet, quæ jura in territoriis suis posside-
ant Imperii nostri Comites, Barones, & liberae Civitates. Licet
enim his propriè attribui nequeat, die Hohe Landes Fürstl. O-
brigkeit / Steph. de Jurisd. lib. 2. Part. 2. c. 1. n. 63, convenit tamen
die Hohe Lands Obrigkeit / die Ober-Lands-Herrlichkeit / die
Lands Obrigkeit / Knipschild de Dign. & Prærog. Civit. Imp. lib. 2. cap.
5. n. 23. & seqq. quæ eadem plane est cum ea, quæ dicitur die Ho-
he Landes-Fürstliche Obrigkeit / Conring. ad Lampad. Part. 3. c. 14.
n. 25, cujusque ex vi etiam privilegia recte elargiri possunt, Braut.
Epit. Jurispr. l. 3. c. 5. n. 5. Cvid. Pap. Decis. 354. p. 544.

Thes. XXIII.

Relicta Germania ad exterios vagamur; ubi prima de Pon-
tifice Romano tractatio. Vindicat is sibi jus privilegiorum, &
immunitatum conferendarum proprio ausu, idque amplissi-
mum.

mum imò Imperatorio superiorius ; Quando scilicet asserit, sese utramque potestatem, temporalem ac spiritualem habere , cap. fundam. 17. Extr. de elec. in 6to. ac super omnem creaturam humanam plenissimam jus & potestatem exercere , cap. 1. §. oportet & §. ult. Extr. de Major. & Obed. Panormit. in cap. Novit. de Judic. præterea quoque ad famosum provocat can. Constant. 13. D. 96. Sed nimis ut saniores Pontificii ultrò fatentur, Papa testis est in propria causa, & propterea ei fides non adhibenda , I. Nullus 10. π. de test. I. omnibus. 10. C. eod. Neque verò Clerici admittuntur testes, quando de eorum commido & interesse agitur , Ruin. vol. 5. cons. 137. n. 13. Profp. Farinac. de test. tit. 6. qu. 60. n. 13. Canon autem Constantinus ex inscriptione, Palea, omne amittit suffragium , Reink. de Reg. Sec. & Eccl. I. I. cl. 2. c. 1. n. 55. taceo, quod antiquitatis & historicorum repugnet monumentis , Limn. Enucl. lib. 1. cap. 7. numer. 18. Camer. Cent. I. hor. sub. ej. cap. 61.

Thef. XXIV.

Accipienda autem hæc sunt de Superioritate , quam super Imperii Romani Majestate prætendit Pontifex Romanus, & qui-dem quoad secularia : alioquin in ditionibus, quas ut Princeps tenet summus, ipsi Majestatis adeoque privilegia dandijura non abjudicamus . Dn. Carpz. d. L. R. c. 2. sct. 6. n. 45. Christ. Befold. de Majest. cap. 2. numer. 2. in fin. Dn. Ziegler. passim in J. Can. Insuper etiam nihil potestati ejus detrahimus Ecclesiasticæ , Goldast. ab Hainsfeld. de Regn. Bohem. I. 3. c. 13. pag. 362. citante Dn. Carpz. d. I. n. 42.

Thef. XXV.

Idem jus impertiendi gratias habent omnes Reges nullum recognoscentes superiorē, & absoluta, atque à nemine dependentē gaudentes auctoritate, prout Rex Galliæ, Hispaniæ, Sveciæ & Daniæ. Arum Disp. feud. 3. th. 13. Jacob. de Betvis in cap. 1. quis dicat. Dux aut March. Curt. Jun. cons. I. n. 30.

Thef. XVI.

Efficax tandem est in introducendis privilegiis confuetudo, I. ob servare 4. §. Ingress. §. I. Si in aliam 7. π. d. O. Procons. I. omnia privilegia 35. C. de Episc. & Cler. Felin. in cap. accedent, col. 4. & seqq.

de Prescript. Ut & temporis immemorialis præscriptio, *I. Hoc ju-*
re. 3. §. Ductus 4. π. de Aqua quotid. & aestiv. l. usum aquæ 4. C. de aquæ
duct. I. unic. C. de Profess. qui in urbe Constant. I. 12. Enenk. de privil. I. i.
c. 4. n. 23.

Thes. XXVII.

Rerum porro multifaria varietas privilegiorum depositit
 sèpissimè interpretationem: quæ ab Enenkelio lib. 2. c. 2. n. 14.
 duplex constituitur, alia scilicet generalis, & perpetua, alia par-
 ticularis & temporalis. Prius interpretationum genus ei com-
 petit, cui confere licet gratias. *I. cum salutatus. I. C. de Sent. pass.*
cap. cum veniss. de Judic. Mev. Part. 6. Decis. 341. n. 4. Posteriori qui-
 busunque licet judicibus, quamvis neque II. neque privilegia
 ferre possint, dummodo jurisdictionem habeant, *I. nam ut ait. π.*
d. II. I. quæfrum 13. π. de Test. I. famos. 7. §. Hoc tamen. 13. π. ad L. Jul.
Maj. Et fieri solet interpretatio quatuor modis, vel DECLARA-
 TIONE, cum sententia privilegii obscurior & ambigua declaratur
 vel CORRECTIONE cum quatenus asperior & dubia corrigitur,
 vel RESTRICTIONE, si illius generalitas restringitur & coarctatur
 vel denique EXTENSIONE, quam glossa PRÆROGATIVAM nomi-
 nat, quoties verba privilegii æquitate singulari movente ad ali-
 aq personas producuntur, *Baro Enenk. cit. I. gloss. in I. sive I. §. qui o-*
peras. 6. in verbis. Interpret. π. ad Senatus c. Tertyll. & in I. factu-
rus. I. in verbis. Interpret. π. de O. J. & Bart. in I. omnes populi 9.
π. J. & J.

Thes. XXVIII.

Haec tenus causam efficientem. Videamus porro quibus-
 nam impertiri soleant privilegia? Et cum ex dictis appareat,
 quod datio illorum sit nota superioritatis, facilis & indubitate
 est conclusio, subditos tantum gratiarum esse capaces. *arg. cap.*
privileg. dist. 3. Mev. part. 3. Decis. 309. num. 9. Matth. de Jurisd. P. 1.
§. 33. num. 8. Sicut & II. nullis propriè, quam subditis præscribi
 possunt. *I. Cunctos. I. C. de S. Trinit. & Pufendorff. J. N. & G. lib. I. c. 6.*
§. 17. Quæ subditorum appellatio hic non tam strictè accipien-
 da est, ut solum Principis Jurisdictioni subjectos denotet; ve-
 rum augustinus, ut includat tum omnes inferiores. *Svarez de ll. I.*
§. c. 9. n. 3. tum omnes illos, qui ob aliquam causam, propter
quam

quam quis forum sortitur, iurisdictioni subjiciuntur, cum & tales pro subditis II. agnoscant, cap. fin. extr. de for. compet. Zaf. in Comment. ad b. I. Gail. lib. 2. obsero. 35.

Thes. XXIX.

Neque hoc de personis saltem, sed & de rebus, & de causis intelligendum est, l. atate. 3. §. rebus. I. π. de Cens. Dominic. Card. Tuscb. in Pract. Conclus. jur. 747. lit. P. Quandoquidem ad felicitatem & salutem populi, quæ suprema Julio Cæsari in Orat. ad milites ap. Dion. Cass. lib. 38. & Marco Valerio Consul. Romano apud Liv. lib. 36. lex dicitur, conservandam non sufficit personis, sed & rebus, & causis depositante utilitate consuluisse.

Thes. XXX.

Sibimet tamen Princeps privilegium dare nequit, & quod illud aliquid vel præter, vel contra leges promulgatas conferat, quibus jamjam solutus est, l. Princept. 31. π. d. II. l. Ex imperfetto 5. C. de testam. Dion. Cass. lib. 53. Hug. Grot. lib. 2. c. 4. n. 12. Vult. ad §. Sed &, quod. 6. I. de J. N. G. & C. n. 7. Arnisæus de Jur. Majest. 1. 2. c. 3. Niell. Disp. feud. 2. thes. 3. lit. b. Enenkel. lib. 1. c. 8. n. 8. & quod nec imperare sibi, nec se prohibere quisquam potest. l. nemo 61. π. de Pract. l. ille à quo. 13. §. Tempeſt. 4. π. ad Sctum Trebell.

Thes. XXXI.

De cætero variæ ad. irroganda privilegia invitant & alliciunt causæ. Nunc enim respiciendum est ad merita, quando quis Rempublicam & Principem obligavit sibi, vel consiliis prudentioribus, l. Eum qui 58. C. de Decurion. l. 10. l. Jubemus. 4. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. tot. tit. C. pro quib. caus. serv. l. semper 5. §. negotiatores 3. π. de Jur. immunitatis, vel forti & invictâ manu, l. Sed & milites 8. de Excusat. l. Centurio 15. π. de vulgar. & pupill. substit. l. Milites 13. §. illud. 2. π. de re militar. Enenkel de privil. milit. Nunc ad sexum: plura enim mulierum imbecillitati concessa, tot. tit. π. & C. ad Sctum Vellej. l. ex quibusdam 2. §. Complura π. de Jur. sici, l. Si cum. 22. §. Si mulier. 13. π. Solut. matrim. Nunc ad ætatem hinc privilegia IMPUBERUM, l. Ex pluribus 42. l. Si pupillus 41. de administr. & peric. tutor. MINORUM, tot. tit. C. de Minor. MAJORUM, l. Hujus. 1. §. Verba I. & passim π. de Major. SENUM l. Semper 5. π. de Jur. immunit. Nunc ad valetudinem: Excusare quippe hæc valet ab

onere tutelæ §. Item *J. de Excus. tutor.* aut si quis præfixo termino in judicium non veniat, *I. non exig.* 2. §. *Si quis 3. π.* *Si quis caution.* *in judic. systend.* Nunc denique ad simplicitatem & imperitiam, §. *Similiter.* 8. *I. de Excus. tutor.* *I. Milit.* *I. I. Lucius 40. π.* *de test. milit.* *I. quamvis.* *I. C. de jur. & fact. ignor.* aliis, ut prolixitatem evitaturi supercedeamus.

Thes. XXXII.

Versantur autem privilegia more legum circa res honestas, justas atque bonas, *Osa Decis.* 90. *Franc. Marc. Parlam. Delphin. Decis.* 452. *Zaf. ad Decretal. de privil.* n. n. Inde patet, quis sensus verborum in Definitione positorum. ALIQUID SPECIALE INDULGENS Nunquam enim gratia potest esse contraria vel JURI DIVINO quandoquidem inferior statuens nequit derogare favori à superiore concesso, *Bartol. in I. Simili* 12. §. *in legat.* 3. π. *de Leg. Ruin. Confil.* vol. 3. *conf. 98. n. 10.* Omnis autem humana divinæ est subiecta potestati, quamobrem in jus divinum Princeps nullam disponendi habet facultatem, c. sunt quedam c. 25. qv. i. Sed potius suas divinis conformare legibus tenetur, *I. Sacris* 45. *C. de Episcop.* Nov. 83. c. i. VEL JURI NATURALI *Clement. Paf. 2. Extr. d. Sentent. & rejudicat. Pufendorff. de J. N. & G. I. 8. c. i. §. 2.* Hoc enim divinâ quadam providentiâ ita institutum, ut semper firmum atque immutabile permaneat, §. *Sed naturalia.* II. *I. de J. N. G. & C.* Quod etiam ipsi agnoverunt Ethnici: *Hinc Tragicus in Oedipo.*

*Non id valere credidi jussus tuos,
Ut jura non conscripta, sed nutu Deum
Concessa sempiterna, mortalis satu
Violare posse.*

Et licet reperiantur, quibus non inconveniens videatur, defendere negativam, scilicet, posse Principem adversus ea, quæ sunt juris naturalis, ex rationabili causâ disponere, *Tapia in rubr.* π. *de Conf.* *Princ.* c. i. n. 44. Fundamenta tamen, quibus innituntur, solvi possunt unica distinctione, quam legere licet *apud Sotum* *I. I. de I. & I. qv. 9. art. ult.* Imò huicjuri adeò immutabilitas propria est, ut neque ab ipso DEO illud mutari queat, *Grot. de I. B. & P. lib. I. c. §. 10. Sot. de Just. & Jur. lib. I. qv. 4. art. 5. Civil. Grot.*

Grot. de Princ. J. N. c. 3. n. 8. seqq. Quantum AD JUS CIVILE attinet, contra illud, cum ex hominum dependeat arbitrio, privilegia impertiri possunt, modo non adversentur saluti publicæ, 1. *Désider. 7. C. deposit. Reink. libr. 2. el. 2. c. 8. n. 3. Coras. in leg. Jura 8. π. de ll. n. 8. Trajan. Plin. lib. 10. Epist. 110. aut in alterius tendant præjudicium, 1. *Impuberi. 40. π. de Adm. & peric. Tut. Bellem. Decis. 738. n. 3. Schurpf. Cent. 3. conf. 43. n. 12. Panorm. in not. in c. suggeſt. de decim. Mev. P. 7. D. 30. Alzevedo in Conf. Reg. Hisp. lib. 6. tit. 1. num. 81.* Neque tamen necessarium, ut semper contrarium juri civili statuant: sufficit illa quandoque aliquid præter illud faltem largiri, c. quia de Procur. &c. Si Christus. de jurejurando. *Læl. Mancin. Collat. lib. 1. c. 140. num. 10.**

Thes. XXXIII.

Progradimur ad FORMAM: quæ vel est INTERIOR & ESSENTIALIS, vel EXTERIOR & ACCIDENTALIS. ILLA consistit in concessione alicujus specialis prærogativæ, quæ jure nobis non competeteret, 1. *Si non 9. C. de testam. nisi privilegium consuetudine aut præscriptione sit acquisitum, ubi CONNIVENTIA FORMAM repræsentabit: HÆC SEU ACCIDENTALIS potissimum circa promulgationem & publicationem occupatur, & ab expressis privilegii verbis aut justa interpretatione addiscenda.*

Thes. XXXIV.

Commodè hūc reducuntur modi concedendi, quos in conferendo privilegio intervenire necessum est. Qui expediuntur PRIMÒ vel VERBIS, vel FACTO, vel quod frequentissimè contingit SCRIPTURA quibus accedit pro diversitate locorum atque temporum, STYLI ET FORMULARUM SOLEMNIUM VARIETAS. *Enenk. lib. 1. c. 9. n. 10. VERBIS seu VIVA VOCE concedi dicuntur; quando Princeps nudis verbis suam declarat voluntatem, nullo facto vel scriptura superveniente. c. inst. 7. c. 25. q. 2. & sufficit si, quod Imperatori Trajano familiare fuit. Ferrar. adl. Privil. 196. π. d. R. 7. unica vocula FIAT sententiam Princeps suam declaret, Molin. lib. 2. de Primog. c. 7. n. 55. Rebuff. in prax. benefic. 2. p. signat. n. 15. FACTO: Si per solennem actum Princeps aliquem a communis aliorum sorte eximit, & gratia seu favore felicitat. Quo facto confessim jus sibi acquirit privilegiarius. Sic equestrem adipiscuntur*

tur dignitatem, quorum Rex Angliae, gladio solum evaginato, humeros aut tergum leviter tangit, *Smith. l. i. c. 18. de Republ. Anglor.* SCRIPTURA denique si Principis voluntas certo verborum ordine & solennibus formulis pro cuiusvis aula observantia ac stylo exponitur. Quod ideo frequentatur, quo luculentior apparet Rescripti Principis veritas, *l. instrumenta, s. C. de probat. l. ptures. 19. C. de fide Instrum.* Neutiquam vero scriptura ad privilegii ESSENTIALEM FORMAM est necessaria, *Lel. Mancin. Collat. lib. 1. c. 140. n. 10.* Et quamvis Flamin. *Parif. de resignat. benef. l. l. qv. 12. n. 18.* adfirmet, quod gratia dicatur informis literis non expeditis, atque Domini de Rota *Decis. 458. n. 5. in nov. & Decis. 20. n. 5. de concess. præbend. in nov.* ut & *Egidius Bellem. conf. 34. in fin.* statuant per se questionem & formam dari gratia per expeditionem literarum; Illa tamen omnia de forma accidentaliter explicari possunt, nimirum quod evidens favoris exhibiti testimonium scriptura existat, *Gutierrez. lib. 4. Civil. qv. 9. n. 1. Bald. in l. human. qu. 3. C. de ll. & in l. s. qui per column. n. 5. in fin. C. de Episc. & Cler. Ferdinand. de Castro Palao. Tractat. 3. Disput. 4. Punct. 3. §. 1.*

Thef. XXXV.

Diximus locos & tempora variare stylum. Hinc quales curiæ cujuslibet sint solennes formulae, experientia & usu potius, quam doctrina atque regulis docemur. Quibus tamen Romani plerumque usi sunt, exponit accurata satis atque commendabili industria *Brisson. deform. Rom. lib. 2. & 3.* Et si nostrum quoque ævum contempleremus, certa & omnibus accommodata tradi nequit formula: Nihilominus quæ ad eam ex juris communis dispositione faciunt, hic exhibebimus. Nimirum præmittenda est invocatio sanctæ & individuæ Trinitatis, *Jacob. Menoch. de Possess. remed. 4. numer. 711.* Huic subjungendum Principis concedentis nomen, *Novell. 47. c. 1. Panorm. in c. ex Epistol. l. extr. de Probation.* Post, annus à Nativitate Christi, *Felin. in c. si scriptum extr. de fide Instrument.* Mensis, dies & locus, *l. si qua. 4. C. de divers. Rescript. l. Secundum. 4. C. de contrah. vel amitt. stipulat.* apponendi. In Rescriptis autem seu privilegiis Pontificum rariissime annus Domini, sed Pontificatus ex antiqua consuetudine exprimitur, *Bald. in proœm. Decretal. col. 4. Enekkel. de Priv. l. i. c. 9.*

n. 20.

n. 20. Subscriptio quoque Principis, quæ fiebat olim facro Encastro, 1. Sacri. 6. C. de divers. re script. & pragmat. sanct. Pancroll. in memorabilib. de Encast. ut & Epistalmatis appositio, c. inter dilectos. 6. §. Sed contra, extr. de fide instrum. Salyet. ad 1. Bene à Zenon. 3. C. de quadrienn. prescript. n. 3. his annumerari possent. Instituta tamen Rerumpublicarum & consuetudines præfertim observari debent. arg. c. cum dilectus. 9. extr. de fid. instrum.

Thes. XXXVI.

Secundò exponit favorem suum Princeps VEL AD PRECES ET SUPPLICIA, VEL MOTU PROPRIO, qui ex Dd. sententiâ dispe scitur in VERUM SEU NATURALEM, ET SIMULATUM SEU AFFE CTATUM. ILLE est quando Princeps ad aliquid concedendum ex liberrimâ voluntate sine ullius petitione movetur, 1. si quis 13. C. de offic. Reft. Provinc. 1. si imperialis. 23. §. singul. 4. C. de nupt. Bald. in cap. nisi spectabilis n. 4. de offic. leg. Talia sunt pleraque privilegia in jure civili scripto comprehensa, quæ omnibus, etiam antequam in cogitationem illorum veniret, Princeps ultroneè consultit. Bart. in auth. quas actiones C. de SS. Eccles. Id. in leg. si vacantia fisci. C. de bonis vacant. Hocque peculiare habent, quod nullo obreptionis aut simili vitientur crimine, 1. si qui. 1. C. de petit. bon. ablat. lib. 10. c. si motu. 23. de prebend. & dignit. in 6to. Menoch. lib. 2. de arbitr. cent. 3. casf. 201. n. 80. Sanchez. lib. 8. de dispens. 21. num. 47. & 52. Excepto tamen casu, quando indultum est, quod concedens nec potuit, nec voluit. 1. si quis penult. C. de Reft. Provinc. Enenk. lib. 1. c. 5. n. 10. HIC SEU AFFECTATUS est, cum revera ad preces supplicatis data est gratia, literis tamèn inseruntur nullas intervenisse preces, Sanchez. consil. Moral. lib. 6. c. 9. Dub. 8. num. 1. Cui alias cum priori idem effectus, nisi quod hinc semper locus sit exceptioni obreptionis, 1. si quis pen. C. de off. Reft. Provinc. Menoch. cit. 1. n. 79. Ad preces denique conque concessum dicitur privilegium: quando illud ab his, quibus facultas elargiendi est, supplicando & rogando obrinetur. Ferd. de Casir. Palao tract. 3. Disp. 3. Punt. 2. §. 6. n. 1. Ubi regulæ, quas Enenk. lib. 1. 6, impetraturis proponit, diligenter observandæ.

C

Thes.

Thef. XXXVII.

Quacunque igitur forma & modo Princeps concedat privilegium, nunquam temere illud faciet, sed certum finem respiciet scopumq; ; qui est exhibitio clementiæ, quæ velut fundamentis sustinetur utilitate l. *Jus speciale.* 10. π. de ll. 1 nullajuris 25. *ibid.* evidenti. l. in rebus. 2. π. de C. Princ. cap. non debet. de consangu. & publica. l. *Jus autem.* 7. de J. & J. l. Barbarius. 3. π. de off. Præt. ut & exquitate, l. Placuit. 8. C. de judic. l. in omnibus 90. π. de R. Jur.

Thef. XXXVIII.

Ceterum quando quilibet etiam syllaba privilegii aliquem fortiri debet effectum, *Staphil.* de lit. grat. tir. de vi & eff. claus. §. 1. num. 6. *Simon de Prætis* de interpret. ult. volunt. lib. 2. interpret. 3. dub. 2. solut. §. *Cass. Klock.* Tom. 3. Conf. 25. num. 46. *Bertaz.* conf. crim. 147. num. 6. *Anton. de Batri.* conf. 19. n. 3. Principis eludatur auctoritas; quibusnam fortunent privilegia possessores effectib⁹ contemplēmur. Præcipiuſ autem eſt, quod à juris liberet dictamine l. *Si domio.* 25. π. ad Sctum Vellej. & quietum impetrat⁹ immunitatis præbeat uſum atque exercitium l. *Notum* 1. C. d. quadr. præscrip. Quin prodiſa ſunt quoque pro tuendo privilegio remedia, velut: **ACTION**, **TAM REALIS**, **QVM PERSONALIS**, **NEC NON EXCEPTIO**.

Thef. XXXIX.

Qvippe REALEM instituere potest Privilegiarius ACTIONEM vel PETITORIAM, vel POSSESSORIAM. HÆC UTILIS, appellatur uti possidetis interdicti, & cuique competit, quoties in juris sui exercitio inquietudine laceſſitur, l. *Sanesi.* 14. π. de Injur. l. Sicut autem. 8. §. Distant. π. Si servit. vindic. Menoch. de Remed. ret. possess. remed. 3. num. 131. & seq. quia iſto interdicto pro omnibus incorporealibus juribus, si turbatio præcesserit, pugnatur, l. *Sicut.* §. fin. π. Si Serv. vindic. Dn. *Finckelthus.* De jure Patron. c. 8. n. 33. & Dn. *Preses Promotor meus summa devotione venerandus in action. forens. exposition. membr.* 24. c. 2. ILLA dicitur CONFESSORIA UTILIS, cum non ſolum ad servitutes vindicandas fit inventa, ſed per ipsam legem ad res etiam incorporales porrigitur, ult. *Hoc amplius* 9. §. *Alſen.* 2. π. de damn. infect. Unde pro afferendo privilegeio adhiberi poſſe concluditur, *Forſt. ad Instit. diſput.* 7, theſ. ult.

ult. lib. 4. Schneidw. ad §. æque l. de action. n. 10. PERSONALI actu-
rus, vel injuriarum habet actionem, contra eum, qui privilegio
uti dolosè impedivit, *l. Si quis. 24. π. de Injur. l. qui pend. 25. π. de*
a. empt. & vend. vel Condictione ex lege potest experiri adver-
sus illum, qui aliquid contra concessum molitur privilegium ad
pœnam in eo constitutam. Violatores autem debite puniri vult
Pontifex in cap. quando 26. Extr. de Privil. & Zæs. in comment. ad h. t.
n. 25. Denique EXCEPTIONEM privilegiarius opponere potest,
vel DILATORIAM, vel PEREMTORIAM. ILLA locum inveniet in
privilegiis certâ temporis determinatione circumscriptis: Hæc
cum actionem in totum tollat, *Ludwel. Exerc. 17. thes. 2. lit. d. in*
privilegiis perpetuis adhiberi potest commodissime.

Thes. XL.

Sed cum nihil in hoc seculo possit esse perpetuum & con-
stans, *l. eum 33. & ibi Barth. π. de S. P. U. in confirm. 8. π. de con-*
firm. Tut. aut. in his præsertim rebus, quæ, à facto vel vo-
luntate hominis procedunt, l. omnium 9. C. de testam. l. in ipsius 5.
C. de famil. herciscund. Restat quomodo privilegia finiantur quo-
que & amittantur, proponere. Facit autem cessans causa cef-
fare privilegium *l. Si duas 6. §. arblet. & 14. l. Geometrae 22. l. Idem Ul-*
pianus 12. §. Sunt 1. π. de Excus. Dn. Carpzov. in Disput. de Privil. E-
lect. & Duc. Saxon. de non appell. cap. 5. n. 4. Carol. Tapia. de Constit.
Princ. Part. 2. c. 4. §. 1. Tiraquell. in tract. cessante causâ, Part. 1. §. 203.
Sic Scholares no studentes, nequaquam gaudere possunt privi-
legiis Studiosorum, *Job. Monach. in Proem. lib. 7. col. 2. vers. ex*
quibus Tiraqu. cit. l. num. 206. & 208. Horat. Lutius de his. qui privil.
Schol. gaud. n. 3. Neque defectum personæ clausula motus pro-
prii tollit, *Menoch. lib. 2. præf. 20. Rot. Decis. 3. in nov. Enenkel. lib. 1.*
cap. 5. n. 3.

Thes. XLI.

Tolluntur item REVOCATIONE concedentis, si scilicet adsit
causa sufficiens, gravis & rationabilis. *Francisc. Neg. Cyriac. Con-*
trov. for. 57. n. 3. Evidem non pauci istam tuentur opinionem,
posse Principem pro libito suæ voluntatis absque ulla justâ causâ
gratiosas concessiones liberè revocare, quos allegat *Ant. Gabriel.*
lib. 3. tit. de jure quest. non tollend. Conclus. 7. num. 1, quandoqui-
dem

dem voluntas Principis pro justâ reputari causâ debeat, *gloss. in l.*
relegat. 4. π. de Pan. Enenck. lib. 3. c. 3. n. 3. Bald. in l. ult. col. 3. C. Sen-
ten. rescindī non posse: Plures tamen æquitati & naturæ conveni-
entiorē amplexantur viam, tradentes: nihil magis regiâ Ma-
jestate indignum dici posser, quād quod, absque causâ emi-
nenti & singulari revocare soleat privilegia, Lud. Molin. de Hisp.
Prim. lib. 4. n. 3. c. 18. Camill. de Medic. conf. 118. n. 29. Don. Frisc. de
Alfare de off. Fisci gloss. 34. n. 14.

Thef. XLII.

Nullum autem invenit Revocatio locum, I. in privilegiis,
 quæ ex causâ onerosâ vel remunerationis gratiâ concessâ sunt,
 quia transire videntur in formam contraëtus, Hippol. Riminald.
conf. 546. n. 96. Botta conf. 87. n. 45. Tiraquell. in l. Si unquam verb.
donat. n. 14. C. de Revocand. denot. Carol. Tapia P. 2. c. 9. d. C. Princ.
Klock. conf. 1. 1. Tom. 3. n. 36. Princeps verò ex contraëtibus &
naturaliter & civiliter obligatur, Sotomayer Controv. quot. lit. 6. c.
18. n. 7. Lud. de Pont. Rom. c. 352. Molin. tom. 2. de l. & I. Disp. 261. in
fin. v. Utrum autem si Princeps. Dom. Card. Tuscb. in Pract. conclus.
690. lit. P. & 751. Hug. Grot. l. 2. c. 14. §. 6. n. 1. Licet enim Deus il-
li leges, nunquam tamen contractus subjecit, Francisc. Salgado in
Labyrinth. creditur. Tom. 1. c. 38. n. 15. Rauchbar. P. 2. qu. 11. num. 126.
Curt. Jun. in l. 1. princ. n. 11. π. quod quisque juris. Thoming. conf. 32. n.
31. Utpote in quibus natura æquitatem imperat, Grot. l. 2. c. 12.
§. 8. Valenc. de Velasqv. conf. 2. n. 63. 64. Imò tanta est justitia con-
traëtuum, ut ipse Deus nunquam ab iis discedere possit aut velit,
quæ ex libero voluntatis decreto creaturis intelligentibus pro-
misit, Homfeld. in disput. de contraët. Princ. c. 3. n. 6. II. Si gratiae
sæpius sint renovatæ Klock. Tom. 3. conf. 7. n. 663. geminatio enim
facultatem revocandi tollit, Polognet. conf. 1. n. 175. cum iteratae
confirmationes efficaciorē disponentis faciant voluntatem,
Joh. Gutierrez. lib. 3. qu. Pract. Civil. 17. n. 137.

Thef. XLIII.

RENUNCIATIONE etiam cessant: quæ fit duobus modis vel
 EXPRESSE, quando quis aut verbis aut literis mentis suæ inter-
 preti-

pretibus profitetur, se jure suo amplius uti nolle, 1. Si quis. I. π. si quis in jus voc. I. Si fidej. 7. in princ. π. qui satisd. cog. I. Sed & 4. §. quæsumus 4. π. Siquis caut. Dom. Card. Tusch. Pract. concl. Jur. 759. lit. P. Zæf. in decret. de Privil. n. 34. Vel TACITE, quando quis non expressis verbis, sed non usua aut actu contrario præsumptionem de mutata voluntate excitat, ut videatur privilegio renuntiatum esse, 1. cum furios. 39. §. I. π. de Judic. Videlicet non usu decem annorum iure communii privilegia exiprant, Mev. Part. 2. Dec. I. n. 1. Job. Aloys. Ricc. Collect. P. 3. Dec. 681. Quæ regula limitatur, 1. Si non adfuit occasio utendi, arg. 1. Et Atticinus. π. de S. P. R. Decian. conf. 59. n. 74. & 75. Don Garſia de Maſtrill. Dec. 96. Part. I. n. 6. Horat. Mandoſ. de Privil. ad Inſt. qu. 10. gloss. 15. n. 9. Qui enim actionem intendere nequit, aduersus eum non currit præscriptio, 1. ſuper annali, I. §. ne autem 2. C. de annal. except. Conf. Marburg. 14. n. 13. Rauchb. P. 2. qu. II. n. 100. 2. Si adſit clausula in privilegio, Ad LUBITUM VOLUNTATIS TUÆ, tunc etſi per multos annos non uſus eſſet hac facultate, privilegium tamen non amittit, Ant. Capyc. Decif. 134. n. 6. Schurpff. cent. 3. conf. 29. n. 3. Thom. Trivisan. Dec. 15. lib. I. num. II. & 36. Klock. Tom. 3. Conf. 15. n. 113. & seq. Actu vero contrario admittitur, ut si quis habens immunitatem à tributorum onere illa ſolvat, c. 6. & c. accedent. Extr. de Privil. Zæf. ad h. t. Quin præjudicat ſibi privilegium poffidens ampliſſimum, ſi eo ſtrictè utatur per legitimum tempus, ut poſtea eo large uti nequeat, Menchac. illuſtr. contr. I. I. c. 2. n. 7. Farin. Decif. 596. n. 3. Girond. de Privil. n. 1304. Sotomayor. quotid. controv. lib. 6. c. 33. n. 27. Dom. Card. Tusch. pract. concl. 576. lit. P. Quot autem actus contrarii requirantur, anceps inter Dd. eſt quæſtio. Nos Gailium ſecuti, I. 2. obſ. 69. unicum etiam actum direcētē contrarium renunciationem inducere poſſe, aſſerimus. I. commiff. 4. C. de pact. inter Emp. & Vend.

Thes. XLIV.

Sequitur abuſus, qui etiam deſtruit privilegium, Salycet.
ad I. qui ſub prætext. C. de SS. Eccl. n. 2. Gvilielm. Redo. de Simoni. Part. I. f. 50. n. 3. c. 13. Thoming. conf. 24. qu. 7. n. 1. Indignum quippe ſe facit privilegio, qui confeſſa abutitur potestate, I. Chrifi. 6. C.

*de pagan. c. privil. 63. c. II. qu. 3. tuarum II. Extr. de Privil. Zaf. ad b. I.
n. 38. Dom. Card. Tusch. Concl. Pract. 754. lit. P.*

Thef. XLV.

Concursus quoque privilegiarii cum privilegiario efficit, ne quis sua uti possit gratia, *I. verum. II. §. item 6. π. de Minor.* Unde filius familias non potest uti Macedoniano contra alium filium-
familias, *Anton. Faber. Decis. 12. Job. Aloys. Ricc. Collect. P. 2. D. 348.*
quam profundam & subtilem controversiam eruditè tractavit
trentac. lib. 3. Pract. Resolut. I. de Reserv. & Privil. Carol. Tapia c. 8.
P. 2. de C. P.

Thef. XLVI.

Delicatum porrò aliquod enorme seu crimen privilegia ex-
cludit, *I. Sed si ex parte 4. §. quamquam. I. π. quod cum eo.* Hac enim
bene non male meritis dantur, *I. testam. 26. π. de testament. Tusch.*
Concl. 757. lit. P. Enenkel. I. 3. c. 17. n. 2.

Thef. XLVII.

Tandem pervenimus ad CAUSAM DESTRUENTEM FATALEM
SEU MORTEM, quæ vel est concedentis, vel Privilegiarii; ab illis
nimirum superioris obitu non statim amissio privilegiorum
dependet. *Enenk. I. 3. c. 2. Molin. Tom. 2. Disp. 298. c. si. nulla 36. de
præbend. in 6to. Zaf. in decret. de privil. n. 30.*

Thef. XLVIII.

Quod ad privilegiarii spectat mortem, utraque & naturalis
& civilis privilegiorum amisionem accelerat, *I. qui deceff. 4. π.
qui satis d. cogant. I. si quis II. §. fin. π. de test. tur.* Namque naturalis
mors cum omnia solvat, *Nov. 22. c. 20. in pr.* etiam privilegia,
quæ non sunt perpetua, sed personalia, haut dubiè extingvit. *I.
form. 4. §. quamquam 3. de Cens. I. in omnibus 63. I. Neratius 91. π. de
R. 7.* Mors civilis olim erat maxima & media capitis deminuto *I.
verum 63. §. ult. π. pro Socio Enenk. lib. 3. c. 13. num. 5.* Hodiè hujus
simulacrum gerit bannus Imperialis, *Struv. Jurispr. Rom. Germ.
forens. lib. I. tit. 14. §. 4. Pomeresch. ad §. 2. Ide Cap. Demin. hinc ban-
nitus omnia jura atque privilegia amittit, Cail. lib. I. Observ. I. n.
137. & I. 2. de P. Publ. c., 12.*

Thef.

(23)


Theſ. XLIX.

Quæ non personis tantum, ſed & universitatibus & civitatibus aptari poſſunt. Moriuntur NATURALITER, chafmate, incendio, ruina ex terræ motu, Bart. in l. 27. §. 2. π. ad Municip. CIVILITER, ſi ob delictum jufu Magistratū funditus evertatur quod olim ducto aratro fiebat, l. 21. π. quibus mod. uſusfruct. amitt. hodiè banno & præſcriptione contingit, Gail. l. 2. Obs. 60. Enenk. lib. 3. c. 14.

Th. L.

Hic terminalia funto; omnia quidem non exposui, quæ debebant, neque enim volui, neque potui, quia omnium habere memoriam divinitatis eſt, l. 2. §. 14. C. de V. J. E. Ceterum ſi alicubi erravero illud Euphorionis in Satyrici ſui lib. I. me ſolabitur: Habet hoc triste mortalitas privilegium, ut liceat aliquando peccare.

(0)



F R O M M A N N
DE
P R I V I L E G I I S.

P R O O E M I U M.

Non istud in universum privilegiis & Dispensationibus liberaliter à Rerum publicarum moderatoribus concessis, nomen quo vulnera Reipublicæ appellari solent, convenire, penitior ejus, quod ad indolem prudentiæ civilis spectat, consideratio facile commonistrat ; ni enim à præmiorum , gratiarum , veniæque Dispensatione temperamentum in Republica admittatur, æquali , nocivo tam en in publicum torpore subditorum animos torpescere, omnis ævi historia docuit : Accedendus virtutis ardor, virtuti suus parandus honor ; hujus quo plures gradus & augmenta à Principe superaddi possunt , eo intensior quoque solicitude benemerentium evadit, ut dignos se reddant, quibus principalia beneficia. *vid. l. ii. ff. de vac. mun.* conferantur ! Et cum iste, qui inter imperantem & subditos necessarius est reciprocus amor, nullo fortiori subsidio , quam liberalitatis & indulgentiæ

tiæ provocetur , cùm perquam naturale sit , benevolentia studio erga eum , à quo & actu in nos beneficia devoluta sunt , & copiosius adhuc dum expectantur , inclinari , vel solo hoc nomine privilegiorum concessio iniquioris notæ turpitudinem evadit ; idque eo magis , cum & vel sexus fragilitas , cœtatis lubricum , officiorum splendor aliaque causæ exorbitantem & à Regulis communibus recedentem singularem beneficiam , modum tamen tenentem dispositionem suo jure quodammodo efflagitent : Vulnera vero Reipublicæ tunc recte dixeris privilegia , cum in considerata & profusa eorundem concessio non tam arctius necit compagem Reipublicæ , quam potius læsa suprema dignitate aut amplitudine , relaxationem officiorum & munerum publicorum turpiter inducit , ordinemque receptum disturbat : Illa , quæ solidiori fundamento innixa cùm publicæ tranquillitatis rationem pro scopo habeant , maxime si temporis diuturnitate comprobatæ fuerint , sicuti à Principe , virtuosissimi partes adimplere annitente , populique , cui nihil exoptatius evenit , quam perennis & privilegiorum & jurium concessorum duratio , daß man Sie nemlich bey ihrem alten Herkommen / Freyheiten / Rechten und Gerechtigkeiten / rühmlich beschirme und handhabe / amorem ambiente , non facile revocantur , ita econtra , ea privilegia , quæ inverecunda potentium inhibitione , quam olim Imperatores ita constrictos fuisse , ut etiam non concedenda , concesserunt ex I. I. C. de pet. bon. sublat. liquefuit , extorta , vel in perniciem Reipublicæ ambitione obtenta , vel nulla probabili ratione concessa fue-

D

re,

re, omeimodo revocanda esse, Principalis officii exactior cura desiderat: Non tamen hic præcipiti omnia consilio committenda, cum satius sæpe sit, etiam cum privatorum aliquo incommodo præsentia tueri, & quamvis male usurpata concedere, quam cuncta in quæstionem & judicium vocando, motu, lue, temporum spatiis quieram possessionem turbare: (*verba sunt acutissimi Eorßneri, in not. adl. 14. annal. Corn. Tac. c. 16. a.*) Qua in parte quid deceat, Politici argumentis à temporum ratione, genio populi proclivis ad motus tecnicisque eorum, quæ non nisi cum iniuritatis opinione convelli putat, aliisque circumstantiis, Principis prudentiam instruunt? Nos impræsentiarum loco speciminis inauguralis quantum ex regulis justitiae circa privilegia ipsi siceat exhibebimus: non in hoc terminos eidem vel posituri, vel laxiori interpretatione ejus libidini adulaturi (*sacrilegum enim hoc esset*) sed quantum vel ipse sibi licere voluerit, vel quantum sanioris Philosophiæ, circa officia imperantium & parentium, ut & hominum inter se occupatae ratio, cuius monumenta eximia LL. Romanæ, quæ nec in Principum, maxime Germanorum controversiis silent. vid. Dn. Stryk. *De usu & autor. jur. Rom. in for. Germ. §. 40.* exhibit, vel publica jura permittant proposituri, sperantes, nostrum hoc institutum, quod non noviter demum tractari in propatulo est, pro viauum ratione suscepisse, haud indecentis conaminis elogia meriturum.

Theſ, I.

Thef. I.

Priusquam vero ad ipsam rei tractationem accedamus, Voc. istud officio nostro convenire deprehendimus, ut præ-Privilegii missa vocabulorum in frontispicio appositorum evolutiore legentis animum de eo certiore reddamus, quo sensu & efficacia eadem hic maxime accepta velimus: Strictim verò ne jam sapius actum agamus, id à nobis fieri debere, dum agnoscimus, quod vocabulum, Privilegium, quod suam originationem, ab eo, quod veteres priva dixerunt, quæ nos singula dicimus, & sic privilegia, quasi jura in singulorum, seu certarum personarum gratiam introducta, autore A-gell. l. 10. c. 20. & Fejto voce privos notante Vinn. ad §. 6. de I. N. G. & Civ. habet, add. Comring. in diff. de priv. rect. confer. & rev. attinet, paucis innuimus, inter varios significatus eum argumento nostro propriorem esse, quo denotatur ipsa constitutio per quam tale jus singulare introducitur, arg. l. 24. ff. de reb. auch. jud. pos. l. 2. C. de jur. fisc. adeoque ista notatio per quam & privilegium pro ipso Diplomate s. scriptura qua certa quædam prærogativa conceditur arg. l. 16. C. de SS. Eccles. c. 1. x. ut lit. pend. sumitur vel ipsum jus, quod ex tali singulari jure l. 10. C. de ann. & trib. l. 7. C. de milit. test. promanat designatur, hic excusat; priori vero designationi in jure maxime Civili Romano convenit & ista denominatio, qua privilegia audiunt jus extraordinarium. l. 16. ff. de minor. l. 1. ff. de rest. in integ. Favor l. 19. C. de patr. indultum l. un. C. de priv. corp. immunitas l. 1. C. de privil. Dom. aug. prærogativa l. fin. C. de fruct. & lit. imp. personalis constitutio l. 1. §. 2. Conf. Princ. Exemtio, Synom. Beneficium, Dispensatio, Rescriptum Germ. Vortheil / Frey-heiten / Gnaden-Brief / ic. vid. Enenckel. tr. de priv. in gen. l. 1. c. 2. n. 14. Dn. Stryk. in diff. de priv. interpr. c. 1. n. 16. Hoc que privilegium in sensu suo generaliori sumtum vid. P. Ant. de Petra in tr. de potest. princ. c. 24. num. 219. recte definitur, quod sit jus singulare ultra communeim juris tenorem, æquitatis administrandæ gratia, legitimate concessum & introdu-

D 2

Etum,

Etum. §. 6. *J. de I. N. G. & C.* l. 3. ff. de const. Prince. l. 38. ff. ex quib. caus. major. B. Lauterbach. in *Coll. Theor. pr. ad I. de const. Princip. th. 26.* Jus dicitur, habet enim semet ad instar Legis, immo recte suo modo Lex dicitur, Enenckel *de priv.* l. 1. c. 2. n. 12. Wesenb. *conf.* l. n. 40. nam involvunt quoque privilegia iustum superioris subditos ad observantiam astringentem. Ut ut enim inspecto jure Romano antiquiori, puta duodecim tabularum, ex mente veterum, inter leges, quae privis hominibus irrogari non poterant, sed generale iustum populi aut plebis, rogante Magistratu continebant. vid. Gell. *L.* 10. *N. A.* t. 20. add. l. 8. ff. d. LL. & privilegium perpetua erat oppositio, idque maximè ipsius Status Democratici, qui æqualitatem Civium amat, ratio exigebat, attamen, cum Imperii Romani fastigium ad Principem pervenerat, inque hoc Statu, Monarchico scil. copiosior Privilegiorum Distributio per modum Constitutionum imperialium fiebat, haec vero vim legis, habebant, d. §. 6. l. d. I. N. G. & Civ. inde & ipsa privilegia, leges, hoc vel sensu latiori appellari posse, nil obstat. Ziegel. *de Jur. Maj.* l. 1. c. 12. §. 10. add. Strauch. *de Stat. à summo Princip.* th. 36. Ex quo & est, quod videamus privilegia concedi vel constitutione l. 4. 6. II. 14. C. de excus. mun. sanctione pragmatica l. 2. C. de quib. mun. vel prest. vel sacro Rescripto l. fin. C. de div. Resc. vel annotatione immunitates largiri l. 2. C. de excus. mun. Tabor in tract. de metat. & Epidem. f. 2. c. 1. §. 6. Ipsaque privilegiorum distributio pro actu regnatoris & Principum proprio habetur. Mev. p. 3. Dec. 184. numer. 3. eundemque cum ipsis LL. scopum, utilitatem scil. publicam habent. vid. omnimodo Conring. in d. disc. de priv. recte contend. thes. 4. & 19.

Non concurrit utriusque voluntas ad constitutionem privilegii propriè sic dicti constituti-curreret; sed sola voluntas Principis, motu proprio ex utilitatem publicæ ratione, vel ad solicitationem aliorum & intercessionem (quod in dubio, si specialiter obtentum, factum præsumi-

sumitur. *c. 27. de pref. & dignit. n. 6.* Cardin. Tusch. *p. 2. concl.*
l. p. 406. n. 5.) excita, præter vel contra jus commune dispensat, idque vel permittendo ut libertati naturali certis in casibus quis restituatur, reliquis concivibus obnoxii remanentibus, (puta concedendo privilegia immunitatis) vel prærogativam dignitatum & honorum liberaliter indulgendo *d. l. 2. C. de Excus. mun.* vel damnis eximendo *t. t. de minor. 25. ann. t. t. de SCt. Vellej. & de SCt. Macedon.* adeoque non per modum conventionis, sed ex liberrima legislatoris dispositione & determinatione prodeunt, vid. Pufendorff. *de I. N. & G. l. 1. c. 6. n. 14. seqq.*

Et quamvis principalia indulta specialiter quoque con-Privileg. cedarunt, liberoque arbitrio plerumque vid. Gl. *in l. unic. qu. habent se- Imp. in tut. & pup. Wilh. Radelant. in Decisi Traject. Dec. 118. n. 2.* met ad infacultas iis utendi vel non utendi committatur, per *l. pen. C. star Legis, de pact. auth. sacramenta puberum C. si advers. vend. l. 30. fin. §. utut sal- pen. ff. ad SCt. Vell. Carpzov. J. F. p. 2. const. II. def. 50. Hering. de fidej. c. 7. num. 477.*

Sicque permissionem saltem inducant, non minus tamen habito respectu ad hoc, quod omnes in universum subditi tenentur ad id, ut privilegiatum in usu privilegii concessi occupatum non turbent, nec impedimenta ponant, recte adhuc dum Leges appellari merentur, cum legum virtus quoque in permittendo consistat. *l. 7. ff. d. LL. Ziegler. d. tr. de Jur. Maj. l. 1. c. 12. §. 16. add. B. Lauterbach. Coll. Theor. pr. t. de LL. tb. 19.*

Quæ ipsa Legislationis in privilegiis conspicua natura Idque eminentius deprehenditur in priviviliegiis universalibus seu spicuum generalibus, quatenus scil. supradicto modo in universum o- maxime mnibus in eodem ordine conditione, constitutis, vel èadem est in priv. qualitate præditis, non momentanea, sed ex intentione con- generali- cedentis in perpetuum duratura concessione, singularē quod- bus dam jus exorbitans tribuitur, prout hoc semet prodit in pri- viliis, atati, sexui, militiæ, Jure Civili (ob quod & hæc pri- vilia Legalia vocari solent. Conring. *d. diff. tb. 13. Dn. Stryk. in diff. de abusu Jur. quæf. c. 4. n. 5.* tributis, non minus tamen

nonminus & privilegiis certis in dividuis, veris sive fictis ita quidem singulariter, ut ad alias personas, ves vel universitatis, ut in tamen & in singulari- lls eadem qualitas, idem officium vel munus praesens sit, non bus. extendantur, citra tamen pactum vel donationem concessis, apparet, nam quamvis ratione utilitatis respicientis ad certum individuum haec privilegia singulares LL. dicantur, si tamen ad obligationem, qua ut supra dictum omnes subjecti ad observantiam huic privilegio exhibendam, & sic ad impedimenti remotionem, tenentur, respicias; LL. indeoles satis superque ob oculos & hic ponitur. Hopp. ad §. 6. I. de I. N. & G. in Comm. vid. tamen Tabor. d. tr. de metat. d. sect. 2. c. 1. §. 6.

Privileg. Privilegium vero nobis dicitur jus singulare; ubi non adeo infert jus solliciti indagamus quanta inter privilegium & jus singulare, ut singulare. & inter personalem constitutionem deprehendi scrupulose rimanti possit differentia. vid. Strauch. in diss. de stat. Princ. ib. 29. Ziegler. de Jur. Maj. d. I. I. c. 12. §. 1. sqq. nam dum in definitione apponimus, hoc jus singulare ultra tenorem juris communis aliquid introducere, satis innuimus, nihil hic indulgeri quod jure communi jam indultum erat, inutile enim alioquin esset. Mev. p. 5. Dec. 183. n. 5. sed ab universalitate Legum hic singulariter quem eximi; ut puta Juris communis regula, conventionem semel rite in actum deducetam, rescissione obnoxiam non esse. I. 5. C. de LL. I. I. ff. de pac. I. I. ff. de Const. pec. statuit, minorum tamen in favorem singulariter, & sic per privilegium tribuitur, ut laesi contra hanc communis juris constitutionem restitutionem in integrum petere queant. t. t. ff. de min. 25. annis. idem & occurrit in Exceptione SCti Vellej. mulieribus concessa, t. t. de SCt. Vellej. sic sine dubio iuria communia per regulam unumquemque civium & equalibus oneribus pro conservatione Reipublicæ impositis, subjiciunt. I. 2. C. de ann. & trib. I. 2. C. de mun. publ. cum vero nonnullis contra hanc dispositionem immunitas vel ob præminentiam officii vel ob aliam rationem, singulariter tribuitur, haec ipsa concessio, vicem privilegii, & exemptionis subit. Besold. in del. jur. p. m. 79.

Dum

Dum vero volumus privilegia, æquitatis administrandæ gratia concedi, liquet inde, non arbitrariam eorundem introducendorum sed talem rationem esse, quæ suffulta & justitia naturali & publicæ utilitatis suffragio hoc, utut exorbitans temperamentum, sive favorable, sive suo rigore onerosum, desiderat i. ff. de iust. & Jur. Boccalin. cent. i. Ragg. 77. p. 346.

His pro instituti ratione ad naturam privilegiorum, maxime proprie sic dictorum, dilucidandam, adductis, illud saltem quod divisiones, huc potissimum pertinentes attinet, sive peraddimus, quod privilegia quædam *Generalia*, quædam vero *specialia* dicantur, illa denotant jus quoddam certo personæ maxime narum generi commune & corpori juris, statutorumque inclusum, speciale verò quod singulorum proprium & individualiter concessum est, Dn. Stryk. in *diss. de privil. interpr. c. 1.* n. 43. add. Ziegler. *sép. cit. loc.* Sic porto privilegia distribuuntur in *personalia* & *realia*, in *favorabilia* & *odiosa*, in *perpetua*, quæ adharent rei per se perpetuæ, vel sine temporis limitatione conceduntur, ex eo ita dicta, quod tamdiu durant, quamdiu revocata non fuerint: & temporalia, quæ vel persona, ut cum ea extinguantur conceduntur, vel dantur & ad certum & definitum tempus, quo lapsò & eadem finiuntur. I. 2. C. de prec. Imper. off. latè Enenk. d. tr. de priv. I. 2. c. 1. §. 8. Zœf. in commun. ad ff. t. de const. pr. n. 19. Has verò aliasque non ignotas privilegiorum divisiones fusiùs, ut adducamus institutio ratio non desiderat nec exposcit, vid. Enenckel. cit. loc. Zoës supr. cit. loc. Wesenb. ad t. de const. princ. B. Lauterb. ad eund. tb. 25. seqq. istud saltem hic non negligendum, cum maximè ad tractationis nostræ objectum pertineat, privilegia supra à nobis definita dispesci posse in privilegia propriæ sic dicta, quæ propriæ sic dicta scil. & in sua origine, & in sua quam habent indole legis naturam exactius imitantur, ita quidem ut, si ad ortum eorundem respicias, Legislatoris sola voluntas nullo vinculo extrinsecus superveniente, sed publicæ utilitatis ratione tantum impellente, causa hujus dispensationis & exemptionis à Legis universalitate sit, pro ut & sola voluntas superioris causa ejusdem

dem conservans est , nullique contra eandem , quicquam iuris queritur ; Cujus generis privilegia nostrum Jus Civile copiosus comprehendit , e. gr. privilegia filiorum fam. minorum , fœminarum , Magistratum , P. Ant. de Petra *de potestate Princ.* c. 24. n. 219. & *impropriè sic dicta* , quorum sc. origo vinculum obligationis in persona Legislatoris presupponit , propter quod relaxationem certis individuis , civitatibus aliquis corporibus à Juris communis constitutione concedit ; & sic habito respectu ad originem hujusmodi privilegii , non voluntas Principis absolute , sed præcedens obligatio , causa & introducens & conservans est , in eo tamen aliquid de natura legis participans , quod ex præscripto superioris reliqui Civis huic voluntati morem obsequioso cultu gere , nec in exercitio ejusdem impedimenta necesse debeant . vid. *supr. in aefin.* Illa quidem favorabilia , gratiosa , vel odiosa , prout vel favor vel odium causam dedit , dici , sed nunquam ex titulo , alicuius ad dominum & jura in re transferenda idoneo & habili , originem habere possunt : Ast hæc cum presupponunt obligationem nunquam mere gratiosa dici possunt , ut ut id verum esse possit , quod gratia vel liberalitas sit causa obligationis , obligatio vero causa sit privilegii : puta si e. gr. per actum donationis Princeps privilegium concedat : Proindeque dividunt haec privilegia quod descendant vel ex titulo oneroso vel lucrativo : vel juxta alios in conventionalia , & remuneratoria , quaerunt infra videbimus obligationem quoque involvunt præcedaneam . Besold , *in del. jur. l. 1. t. 4. qu. 13.* Klock , *de contr. c. 16. sect. I. n. 3.* & 49. seqq. Stryk , *de priv. interpr. c. 1. numer. 42. seqq.*

Reyocat.
voc.
significa-
tus.

Revocationis vocabulum in inscriptione dissertationis præpositum , omissa ejus originatione hic nobis designat , actum per quem superior privilegium allicui concessum , idem ademnum cupit , sicutque eundem pristinæ Legis universalitati subjicit ; voluntate intellige desuper sufficienter declarata . vid. 1. 2. §. fin. ff. *de oper. publ.* adeo ut hic nolle amplius valere privilegia , eadem extinguere , l. 169. ff. *de R. J. H.* abrogare vel revocare

vocare ad paria censeri debeant. Schilter. *in Exerc. adl. I. ff. t. I. 2.*
3. 4. §. 30.

Perlicitam vero revocationem hic non eam intellectam voluntus qua Princeps vel alia potestas summa, abutens sibi competente authoritate sine metu pœnæ, haec tenus pro lubitu & arbitrio auctu privilegia quoconque titulo quæ sita, vel etiam ex utilitatis publicæ ratione concessa indiscriminatim aufert, quo casu cum contra Principem absolute talem, media eum & invitum ad officium redigendi non suppetunt. Crot. I. 2. cap. 14. §. 5. numer. 2. Puffendorf. *de J. N. & G. I. 8. cap. 10. §. 6.* (quid in subordinata potestate obtineat vid. tantisper Ord. Cam. p. 2. t. 27. Gail. de Arrest. *cap. 8. n. 12.* Brunn. *conf. 2. numer. 179. seqq.* Mev. p. 3. dec. 26. numer. 3. licetè quidem intellige scil. licentiâ minus plenâ, quod idem est ac impunè respetu habito ad homines, Princeps id agit. vid. Tom. *in Jurispr. univ. I. 1. cap. 1. numer. 145. seqq.* Sed eam notamus quæ ab eodem, Juris Naturalis præscriptum, sicque simul boni Principis officium observante, sine ulla conscientiæ labe suscipitur justis ex causis,

Thef. II.

Hicce ad terminorum intellectum proniorem ita præmis- sis ipsam revocationem privilegiorum licitam definimus, per Revoc. actum quo privilegium alicui tributum contraria Superioris privileg. voluntate justis ex causis adimitur eum in finem, ut idem rur- sus dispositioni Juris communis subjiciatur. Hujus definitio- nis nostræ sensum, cum subsequentia satis declarabunt, ideo hic illud saltem adhuc dum addimus, varias hanc ipsam revocationem admittere divisiones, desumptas partim ab ipso objecto, privilegio scil. quod revocatur, partim ab ipso modo revocandi, quatenus scil. revocatio vel expressa vel tacita dici potest: sic & ab effectu dividi potest, quod fiat vel in perpetuum vel saltem ad tempus, suspendendo quodammodo effectum ipsius privilegii; de quibus & si quæ alia fuerint, infra agendi commodi orlocus erit.

E

Thef.

**Caus. Effi-
ciens Re-
mora.**

Jus, quod Superiori facultatem privilegia licite revocandi tribuit illud est, quod dirigit jura Imperantium & parentium, jus jux scil. naturale maximè, quod partim injungit partim permittit, ut Imperans auctoritatis suæ firmandique Imperii causa prout temporum ratio id ipsum depositit, vi Legislatoriæ potestatis, publico jure firmatae vid. Bœcler. in *Inst. Pol.* l. 2. c. 3. vel vi juris eidem circa bona civium suis in casibus concessi, vel ob limitatam privilegii naturam, Grot. de *J. B.* & *P.* l. 1. c. 1. §. 6. & c. 3. §. 6. n. 2. B. Ostend. in *not. ad Grot.* d. c. 1. obs. 6. add. Pufend. d. tr. l. 8. cap. 5. §. 7. privilegium licite revocare possit: Quam supremam potestatem Imperantis jus quoque nostrum civile Rom. suis in partibus egregie satis dilucidat, stabilique ratione firmat, argumenta simul suppeditans dignoscendi, quibus in casibus revocatio eorundem pro justa reputari non solum possit sed & debeat: vid. *proœm. supra*. Quibus vero fulcris ex seniori Philosophia desumptis innititur hæc ipsa potestas in tractatione causæ impulsivæ, latius infra patebit.

**Proxima
ad quod
non sufficit
privilegi-**

Causam efficientem in definitione supposuimus voluntariorum contrariam ipsius superioris; de qua in genere illud praetituit sumimus, quod sicuti ex parte Principis presumptio est, quod ex causa legitima & vera privilegium concederit Schilter. Exerc. i. ad ff. t. 3. §. 22. a. sic pariter presumptionem esse, quod durante maximè causa concessionis privilegium pro revocato haberi non possit, cum quilibet in voluntate sua perseverare censendus sit t. 3. & 22. ff. de prob. l. 22. in f. ff. de leg. 2. & Princeps privilegium non tam corrigere, quam observare vel le credatur, l. 4. C. de LL. Carol. Tapia ad l. fin. ff. de const. princ. rubr. p. 1. c. 2. n. 1. Barschamp. tr. de claus. c. 22. §. 2. n. 30. Dn. Stryk. d. diff. de priv. int. c. 7. n. 4. indeque multò minus idem ex plenitudine potestatis alicui jura quæsita auferre velle presumitur Gail 2. Observat. 56. Stirn. de const. Princ. t. 5. p. 2.

p. 2: §. 4. num. 1. Hinc regula est, quod privilegium, si semel per usum vires accepit, observari debeat, donec de Principis um vell Lex cassantis voluntate dilucide constet. Joh. Franc. Leo in *The- generalis
saur. jur. Ecclesiast. c. 12. num. 80. seq. Mev. p. 5. Dec. 404.* tuer- utut poste-
dusque privilegiatus contra quemcumque turbantem in usu rior.
privilegii, C. de remed. huic ipsi concessis vid. Ziegler. *de Fer- Maj. l. 1. cap. 12. §. 15. seq. B. Lauterb. in Coll. Theor. pr. ad t. de const. th. 48.)* usque dum per exactam probationem de revo- catione constet. Joh. Francisc. Leo *supr. cit. loc.* quam non infert privilegium aut lex generalis licet posterior, cum non ob- stante hac, privilegium prius, in dubio adhuc durare præ- sumatur *c. 19. x. de pres. post Menoch. 6. presumt. 40. Dec. conf. 168. col. 3. Besold. in delib. ad t. 3. ff. qu. 13. D. Hert. in diss. de collis. LL. fez. 5. §. 3.* quod & eo usque extenditur, ut in con- cursu priori loco privilegio munitus præferendus veniat ei qui ultimo loco privilegium meruit, idque ex hac potissimum ra- tione, quod in pari causa vincere debeat prærogativa tempo- ris, & conditio occupantis possidentisque melior esse soleat.
l. 14. ff. *de nox act. l. 32. ff. de procur. add. l. 1. C. de conf.* nisi constet, de voluntate Principis expressa, quod voluerit prius privilegium per posterius abrogatum, adeoque quod non appareat non errore vel ex ignorantia prioris privilegii posse nulli eo rius tributum esse Enenckel. *d. tr. de priv. l. 2. c. 5. n. 41. seqq.* extendunt add. Myl. ab. Ehrenbach, *in hyparchol. c. 3. n. 153.* Quam ta- ut nec re- men voluntatem derogatoriam cum de tollendo privilegio in vocatum juris corpore clauso & inserto agitur nec ex clausula generali, censeatur concepta hunc in modum, non obstantibus quibuscumque privilegi- juribus ac privilegiis, colligi posse communiter statuunt, um Cor- idque ex eo, quod privilegium commune clausum in corpore pori Juris juris difficilis tollatur, quam privilegium speciale *l. 34. §. 1. ff. insertum de milit. test. post Covarr. pr. qu. c. 5. n. 4. Mart. de claus. clau. etiam si 79. n. 2. aliosque plures Brunnem. conf. 70. n. 8. seqq.* ex quo con- clausula fidenter nonnulli cautelæ loco suppeditant, privilegiatum à non obstan- Principe id impetrare debere, ut privilegium suum statutis Ci- re addita vitatis, inseratur, quo casu securum eundem fore, monent, sit. idemque procedere credunt, si ipsum privilegium sub hac clau- sula fuerit impetratum: Et hoc privilegium addatur statutis

Hinc cau- nostræ Civitatis N. N. & pro statuto etiam intelligatur ; nam tela suppe-hac ratione fieri autumant, revocatis licet privilegiis singulari- ditatur. bus seu seorsim concessis, hæc tamem pro revocatis non habe-

Claus. ri, nisi earundem expressa mentio facta fuerit, Schilter. in *Ex. non obstante I. ad ff. t. 3. §. 29.* vid. tamen Enenck. d. l. 2. c. 5. n. 61. Prout non abro- nec istam clausulam, *non obstantibus*, privilegio ex conventio- gat privile- ne alioque titulo rite quæsito præjudicare, cum deficiat hoc giat titula- casu Principis potestas, per consequens, & voluntatem ipsius ex situ clausularum generalium per interpretationem non esse præsumendam nec extendendam docet Tapia ad rubr. *I. fin. ff. de const. princ. c. 2. num. 28. seqq.* late P. Ant. de Petra. *tr. depo- princ. c. 32. p. m. 660. num. 16.* Arius Pinellus, *ad rubr. C. de ref. vend. num. 20.* Excell. D. Graß. *in pos. contr. ad tit. prior. lib. 2. Inst. tb. 3.*

Quomodo Ipsa vero hæc Principis contraria sive revocans voluntas Principis *vel jam innexa ex concessione ipsius privilegii & ex ejus natura mo-* voluntas *dificata quodammodo fluit, ut puta si ad certum tempus vel* semet exse- *diem vel vitam alicuius privilegium fuerit concessum, effluxo* rat *tempore pro revocato habetur.* (Quorsum tamen non per- Clauſula *pertinet iste casus, quo privilegium sub clausa donec revocetur,* privilégio *vel aliter dispositum fuerit auff Wiederraffen / concessum* addita do- *fuerit : Hæc enim verba involvunt actum contraria voluntati* nne revo- *expressæ, de hinc utut morte voluntas extinguitur, atta-* tur auff *men per eam voluntas contraria revocans non inducitur, c. 7.* Wieder- *de off. del. in 6. Decius conf. 108. n. 4.* Enenkel. *de pr. l. 3. c. 1.* raffen/ non *n. 10.* D. Schilter. *Excerc. I. ad ff. t. de const. pr. §. 30.* nam qui facit privi- *moritur non quidem omnino velle videtur, attamen nec nol-* legium *le dici potest, cum detur intermedium quoddam inter velle &* morte ex- *nolle sc. non nolle.* Gail. *2. obs. 60. n. 15.* post alios Speidel, *in spec. tingui.* *voc. privilegien. in addit.*

Quid? fi

ad beneplac-

An vero idem dicendum sit, si clausula ad beneplacitum cum citum auff voluero, auff Wohlgefallen / addita fuerit, non omnium ea- Wolgefal- dem est opinio : Plerique credunt morte non finiri, nec pro len datum revocato haberi, idque maxime ex ea ratione, quod ejusmodi fuerit?

pri-

privilegia semet habent ad instar precarii, quod morte non extingui ex l. 8. §. 1. l. 12. §. 1. ff. de præcar. docent, Gail. 2. Obs. 60. n. 15. Enenckel. cit. loc.

Vel quod ejusmodi privilegia, utut ad beneplacitum concessa fuerint, procedant tn. à persona publica, qua licet extincta, durat tamen officium publicum, & cum officio publico voluntas Reipublicæ. Schilter. cit. loc. §. 31. Alii vero indiscriminatim hoc casu privilegia morte extingui propterea autumant, quia voluntas morte solvit atque exspirat l. 4. ff. loc. c. 5. de Resc. in 6. l. 15. C. mand. c. 7. de off. del. in 6. Anton. Gabr. lib. comm. concl. t. de præb. concl. I. n. 20. Menoch. de arb. Jud. Qu. 69. n. 5. Wehner. in Obs. pr. voc. Wohlgefallen. Nobis hic videatur ad id maxime respiciendum esse, quid verba concessionis inferant; Quod si enim per d. clausulam privilegii duratio in beneplacitum ipsius concedentis collata fuerit, adeò ut hujus voluntatem per modum conditionis specialiter respexerint, ut puta si dictum fuerit ad beneplacitum meum, concedentis, vel addito nomine proprio, tunc utique per d. l. 4. ff. loc. c. 5. de Resp. in 6. privilegium morte solvit & pro revocato habetur: Quod si verò vel generaliter ad beneplacitum, vel beneplacitum e. gr. sedis Apostolicæ vel Sacrae Cæsareae Majestatis & sic ad beneplacitum officii concessio facta fuerit, tunc quia officium semper durat, durabit & concessio ipsius intuitu facta d. c. 5. de Rescript. in 6. Tapia ad. l. fin. de const. princ. p. 2. c. 3. n. 7. sqq. B. Lauterbach. in C. Theor. pr. t. de const. pr. th. 17. Zoës. ad t. de const. princ. n. 29.) vel si privilegium, sub clausulis cessantibus, irritantibus vel annullativis (de quarum efficacia videri potest. Barschamp. d. l. de claus. c. 23. §. 4.) datur, quo casu si clausula operari incipiatur pro extincto & sic revocato itidem aestimabitur: vel ex post facto demum semet exserit, idque maxime in privilegiis propriis sic dictis vel expresse & sic iterum vel generali derogatione, quatenus scil. contraria Lege **Clausula** vel **Rescripto Princeps** inserit clausulam non obstantibus quibuscum non obstante in contrarium facientibus. Clem. dudum 2. de sepult. non obstante obrogat se Lege vel privilegio vel quacunque constitutione in contra-regul. **Pri-**

vilegia pro- rium extante : cuius clausulæ effectus derogatorius indubita-
prie sic dicta tus tum maxime redditur si concutat & clausula ex certa scien-
maxime si tia, de plenitudine potestatis , motu proprio , nec prejudicium tertii
aliz clau- subsit , nam hæc enixam omnimodo revocantis voluntatem o-
fusla con- stendunt : P. Ant. de Petra d. tr. & c. 32. p. 662. n. 25. ubi ple-
current, nissime banc rem tractat , Cardin. Tusch. p. 2. concl. L. P. concl.
752. n. 8. Dissentit Enenckel. d. tr. de priv. l. 2. c. 5. n. 58. seq. vel
Speciali quando scil. Lex vel dispositio contraria specialis nomi-
natur ut puta, non obstante tali lege, dispositione vel privilegio, cui
in hoc æquipollere censetur formula cum dicitur, non obstantibus
privilegiis vel concessionibus in contrarium facientibus quibus-
cunque , etiam si de illis specialem oporteret facere mentio-
nem quorum tenorem hic pro expressis de verbo ad verbum
habere volumus. l. 4. C. de prese. 30. annor. P. Ant. de Petr. supr.
cit. loc. n. 75. & seqq. ubi alias addit : vel tacite per contrariam
consuetudinem quippe quæ cum potens sit Legem tollere l. 32.
§. 1. ff. de LL. Dd. ad L. 2. C. quæ sit long. consu. dubium non
est , & per hanc privilegium tacita voluntate concedentis
revocari.

Thef. V.

Causa im- Vidimus quidem haætentis Principis voluntatem revocan-
pulsiva dorum privilegiorum causam proximam esse , hanc vero non
Generalis. presupponimus vagam, desultoriam , nullisque limitibus cir-
cumseptam, sed talem , quæ justitiae & honestatis regulis im-
buta in ipsa revocatione non nisi publicæ vel utilitatis vel ne-
cessitatis rationem habet: ut proin sine dubio notam merean-
tur ii , qui indiscriminatim Principis arbitrio illimitato hanc
ipsam facultatem tribuunt. vid. Bodin. de Rep. l. 1. c. 8. add.
Conring. in dict. diff. de priv. recte conf. & rev. th. 43. seqq. me-
ritòq[ue] in Angelum , statuentem in l. 15. §. 1. ff. de rei vind. ad
libidinem revocari posse privilegia , etiam sine causa ex ple-
nitudine Majestatis & sequaces Cravetta conf. 341. n. 20. insur-
git & regerit ejusmodi opinionem impiissimam esse & explo-
dendam, Angelumque d. l. non ut Angelum sed ut hominem menda-
cens

eem locutum, contrariam enim communiorem & veriorem esse: in privile-
 Brunn. *conf. pen. num. 164.* Ut vero patet quibus concallis gis pro-
 Principis voluntas includatur quoad revocationem privilegio- pries dictis
 rum; distinctius hic res ex differenti privilegiorum natura di- utilitas
 metienda venit: Quod si enim respiciamus ad privilegia pro-publica est
 prie sic dicta, hac revocandi facilior omnimodo via patet,
 multumque hic relinquitur discretioni Principis, ex officii sibi
 incumbentis ratione actus dimetientis; scil. utut, quæ legum
 eadem & concedendorum privilegiorum ratio fit, quæ ante-
 quam ferentur vel conceduntur curatius expendenda veniunt,
 an scil. publicæ utilitatis consideratio, justitiæ & honestate suf-
 fulta, (sine qua Principis voluntas, quæ Divinæ voluntatis
 q. quædam est expressio & ad eam conformitas esse debet,
 legis autoritatem estimationemque non meretur, egregie
 Bœcler. *in not. ad Tacit. Annal. I. 1. c. 4. annot. I. p. m. 64.*) sua-
 deat vel requirat naturalis libertatis circumscriptiōnēm vel à
 Legis jam latæ universalitate, exemptionem; vid. hic omnimodo
 Conring. *in d. dīs. de priv. rete conf. toto cap. I.* lataque semel estimanda
 Leges & concessa privilegia sustinenda sint Ziegler. *in not. ad Grot. I. 2. c. 20. §. 29.* attamen non immutabilis est eorundem judicio
 natura. *pen. Inß. de I. N. G. & Civ.* sed sicuti origo legum hu-
 manarum & privilegiorum propriè sic dictorum, quæ legum
 naturam exactius imitantur, ab humana voluntate, ut dictum
 dependet, ita & eadem voluntas causa durationis est, quæ de-
 finit, si autor Legis probabili ratione ductus, usu scil. qui Legum
 corrector dicitur apud Livium 45. 32. temporibusque
 Reipublicæ mitigationem, correctionem, vel sublationem po-
 stulantibus, vinculum legis dissolvat, privilegiaque revocet.
 Grot. *de J. B. & P. d. I. 2. c. 20. n. 24.* Probabilis ergo revo-
 candorum privilegiorum causa in Principe ut adsit necesse est,
 cum peccet alioquin in Regulas Justitiæ Gubernatrixis: ut
 rete dehinc Pontificem Cœlestinum virgula censoria ob id,
 quod gratiam, quam concesserat mane, vesperi ejusdem diei
 revocare solitus fuerit, notatum, & pro animali irrationali
 non homine reputatum fuisse, referat Besold. *in delib. ad I. 3. ff.*
qu. 13. Quam causæ justitiam, si idem adesse deprehendat li-
 cite

cite utique revocat privilegium & sic legem particulariter sublatam, particulariter rursus reponit & pro beneplacito ad observantiam legis iterum cogit quondam exemptum, in quo nil agit, quod Principis tam necessariae virtuti, Justitiae scil. contrariatur, cum vinculum legis in hisce privilegiis sine ullo contractu laxatam, siveque in subditum nullum plane jus translatum, sed efficacia legis in omnes subditos validae, saltem suspensa deprehenditur Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 14. §. 13.* & ibi Henning. Excell. D. Pregitz. *in diff. de obl. succ. in Rep. th. 36.* ut sic judicio Pufendorfii *in l. 8. c. 10. §. 9. de J. N. & G.* Cetiberis, à quibus Romani tributa & militiam exigebant, privilegia ab ipsis Romanis concessa opponentibus, recte regestum fuerit, Senatum ejusmodi privilegia alicui indulgentem, semper hanc addere exceptionem, si sibi populoque (ex Regulis intellige prudentiae Politice) libuerit imo Principis Religioni convenit eidemque incumbit necessitas, ut si viderit privilegia ex utilitate publica primitus concessa, nunc mutata rerum facie noxia Reipublicae esse, exemplo Constantini Imperatoris *in l. 19. C. decur.* eadem revocet. Ziegler. *de Jur. Maj. l. 2. c. 2. §. 43.* Speidel. *in spec. voc. privileg.* Quod ipsum exemplum imitatus Imperator Carolus IV. cum consensu Statuum *in A. B. c. 13.* omnia à se vel suis Antecessoribus concessa privilegia in quantum Principum, Electorum libertatibus, Jurisdictionibus, Juribus atque Dominiis adversabantur, revocavit, & ipso jure nulla esse declaravit, Limn. *de Jur. Publ. l. 9. c. 1. n. 174.* Reinking. *de R. S. & E. l. 2. cl. 2. c. 5. n. 36.* B. Lauterb. *in Diff. de benef. compet. th. 9.* Cum igitur Princeps revocando privilegia propriæ sic dicta fungatur munere Legislatorio vere tali, nec disponat de juribus ad cives & subditos pertinentibus iisdemque acquisitis, facile inde apparet, quod utut Majestatem non deceat semel concessa de facili absque ulla causa auferre. Nov. 10. *proæm. in med. l. 8. C. de SS. Eccles. c. 16. de Reg. Jur. in 6.* Enenckel. *de priv. l. 3. c. 1. per rot. Dn. Stryk. de bene mer. c. 3. n. 59.* attamen, ubi eadem de facto quoque revocaverit, sine ulla justa causa, non fieri eundem injurium in ipsum subditum vid. Zœs. *ad t. de const. Princ. n. 30.* quamvis Divinæ

vinæ Majestati neglecti principalis officii , suo tempore reddenda ratio sit . Absit tamen ut eundem violati muneric reum ex eo mox arguamus , si causa , propter quam revocatio facta , subditorum oculis subducta , ab iisdem ignoretur , dum enim de suo ipse disponit , subditis reddenda ratio non est , nec eo coarctandus Princeps , ut actiones suas censuræ inferiorum supponat . vid . l . 20 . ff . de LL . & ibid . Brunem . ad Puffend . d . I . N . G . & C . l . 8 . c . 1 . § . 8 . Henninges in not . ad Grot . l . 2 . c . 26 . § . 4 . n . 4 . Enenckel . d . tr . de priv . l . 3 . c . 7 . n . 6 . Subditorum est , venerari Principis voluntatem , quæ pro ratione ipsiis esse debet : Lucas de Penna , in l . 19 . C . de Decur . n . 4 . add . Excell . Dn . D . Harppr . conf . 3 . n . 171 . nec aliter presumere debent , quam Principem probabili ex causa ad privilegiorum revocationem permotum fuisse P . Ant . de Petra d . tr . de pot . princ . c . 24 . num . 223 . Enenckel . cit . loc . n . 12 . plenus v . c . 3 . & 4 . In his ergo Privilegiis , revocationis causa sufficiens est intenta à Principe publica utilitas , adeò ut præter hanc , in revocatione privilegii maximè generalis ex superfluo alia concusa , desumpta vel ex privilegii concessi limitata natura , vel privilegiati delicto , &c . desideretur : Dubio quippe carere videatur , principis arbitrio , suffragante tamen probabili ratione , relictum esse , privilegium minoribus concessum , ut læsi in integrum restituantur , abolendi eosdemque rurus Juris communis dispositioni , quæ semel contractam obligationem ab una parte dissolvi prohibet l . 5 . C . de LL . l . 14 . C . de R . V . subjiciendi : sic nil vetat , quo minus possit indultam militibus jure privilegiario testandi facultatem , t . t . ff . de test . mil . autho- ritate publica abolere , iisdemque licet ignorantibus causam abolitionis , imo invitatis & reluctantibus necessitatem pagano- rum more testandi , imponere : C . fin . x . de Reser . add . P . Ant . de Petr . supr . cit . loc . c . 24 . n . 218 . & hoc etiam si nulla alia cau- sa extinguendi privilegii concurrat : Idem dicendum esse putamus in privilegiis singulariter alicui civitati vel persona vel rei concessis . Hæc enim privilegia sicuti ex eadem publicæ utilitatis ratione sine pacto vel conventione , gratiose plerumque , ita tamen ut à mera voluntate concedentis , qui contra

se nemini jus quæsitum cupit, arg. l. 6. §. 4. ff. de pot. leg. Ant. Faber. in C. Sab. l. I. t. 12. def. 8. dependant, conceduntur, meramque facultatem & licentiam præter vel contra jus involvunt, ita quoque in eventum, quo noxia eadem Reipublicæ deprehenderit Princeps, licite sine ulla causa alia revocat, cum certum sit, ne quidem Principem in hunc casum, si de eo interrogatus antea fuisset, privilegium concessurum fuisse. B. Osiand. ad Grot. l. 2. c. 16. §. 27. 1. Zoës. ad t. de const. Princ. n. 39. D. Stryk. d. Diff. de bene mer. c. 3. num. 19. aclus enim ejusmodi mere beneficj, qui nullam obligationem aut ius translatum præsupponunt, in concedentis, vel aliorum vergere non debent præjudicium, quod si vero id fiat, licite revocantur. arg. l. 3. C. locat. vid. egregium exemplum apud Joh. Franc. Leo. in th. for. Eccles. p. 4. c. 2. num. 6. Speidel. in Specul. voc. privileg. add. Cardin. Tusch. pr. concl. lit. P. concl. 733. num. 21. Mev. p. 6. Dec. 419. Brunn. const. 169. n. 15. quod si vero & alia causa, quæ alias quoque ad jura quæsita tollenda efficax censeri potest, concurrat, nemo non videt, faciliorem tunc Principi auferendi privilegia rationem suppeditari: In quibus omnibus tamen ejus potestas Regulis prudentia subordinata, illud dijudicabit, an expediatur quoque Reipublicæ malæ vel quæsita vel ex post facto cum iniuitate retenta, vel alia ratione in publicum noxia in præsens revocare: His fundamentis revocationi privilegiorum propriæ sic dictorum, ita substratis, facile appetet, in quæstionibus. An Princeps ex plenitudine potestatis sine causa possit privilegia simplicia & mere gratioſa revocare? vel an sola precedens Principis liberalitas justam adimendi privilegii causam prebeat? (de quibus prolixius scribentes vide ri possunt Tapia ad d. l. fin. ff. de const. Princ. p. 2. c. 9. n. 16. P. Ant. de Petra, supracit tract. c. 24. n. 225. & mult. seqq. Rauchbar. l. 2. qu. 2. pertor. Enenckel. d. tr. l. 3. c. 1. & seqq. Molin. l. 5. de primog. Hisp. c. 3. num. 18. Steph. de Jurisd. l. 2. qu. 1. c. 7. num. 29. Carpzov. l. 1. dec. 87. Befold. in del. ad t. 3. l. 1. Ziegler. de J. Maj. l. 1. c. 12. §. 13. Conring. dict. p. 2. aliquie plures) inter pleros que qui vel affirmative vel negative eas decidunt, dissensum sa pius magis fungi quam reperiri; ii enim qui absolute potestati

Prin-

Principis revocationem privilegiorum committunt, non excludunt revocationis rationabilitatem, sed id saltem insinuant, non semper necessum esse rationem revocationis manifestari, sed acquiescendum esse Principis voluntati, quam iusta causa eō motam esse præsumi debeat: ut sic in effētu convenient, cum his, qui absolutam in his Principis potestatem non admittunt, sed causē justitiam præsupponunt, ne Princeps vel levitatis vel imprudentiæ, & mali regiminis censura gravetur: Confundi tamen, & hic sapius rationes necessitatis & consilii jam ab aliis annotatum est ill. Dn. Rhet. in *Jur. Publ.* l. 7. §. 3. Post eum B. Lauterb. in *Coll. Th. pr. t. de const. Princeps* thes. 49. Nimum vero à genuina horum privilegiorum natura isti discedunt, qui in iis vim Donationis indiscriminatim querunt, indeque eadem inter modos dominii seu juris acquirendi referunt; vid. Rauchbar. d. l. 2. q̄. II. Eneickel. de priv. l. 3. c. 7. sicutque & causas revocandi specialiores desiderant, de quo tamen infra videbimus.

Thes. V.

Quod si vero ad privilegia titulata, & sic improprie talia In Privile- respiciamus, hæc cum in persona privilegiati jus perfectum iis vero præsupponant, non tam absolute dependent à Principis revo- improprie care volentis arbitrio & estimatione, in quantum sc. ipse re- putaverit Reipublicæ acquisita ejusmodi jura in nihilum revo- revocatio- cando redigere: nec hic pro ratione voluntas, aut qualiscun- nis causæ que occasio pro iusta causa haberi potest; ista enim quæ jux- requirunta thesin præcedentem, pro Principe militat præsumptio, quod tur.

justa ex causa motus actum suscepit revocationis, exulat omnimodo isto in casu, quo Princeps id agit, quod Dispositio- nis Juris Naturalis vel Divini directo contrariatur, inquit præ- judicium tertii tendit, quale, quid est, jus acquisitum alterius auferre c. 1. de prob. in 6. l. 15. ff. de publ. & sic non de re sua sed alterius disponere; cumque Princeps hanc privilegiorum revocationem non aliter nisi cum adjuncto & qualitate justæ causæ facere possit, de hac ipsa qualitate evidenter utique con-

specialio-
res

stare

stare debet , ne aliquoquin nimium indulgendo isti generaliori præsumptioni , causas revocationis privilegiorum & sic jurium qualiumcunque arbitrarias reddamus , quod utique fieret , si semper justa in Principe causa præsumeretur : solide ita Philosophante P. Ant. de Petr. d. tr. de pot. Pr. c. 32. p. m. 614. sqq. Vasqu. Illustr. I. 5. c. 4. num. 5. Mœstert. illustr. mater. p. m. 30. & 31. Hopp. in Comm. ad §. 6. I. de I. N. G. & C. Causa hinc à Principe non solum in specie alleganda , sed & auditio regulatiter eo , cui privilegium concessum est , causaque sic cognita , revocatio fieri debet Zasius vol. 2. cons. 10. n. II. Tapia ad d. l. fin. de const. P. I. c. 7. p. n. 6. Quod sicuti in feudorum concessorum revocatione extra omnem dubitationem positum est I. f. 7. 21. Rosenth. syn. feud. c. 10. concl. I. Struv. in S. I. F. c. 14. §. 1. D. Stryk. in Exam. Jur. Feud. c. 23. quest. 44. ita in aliorum jurium privilegiorumque , ex causa supra dicta obtentorum , & ad subditos pertinentium ablatione & revocatione quoque fieri debere , ni Princeps injurias erga ipsos haberi velit , rationis identitas efficaciter satis inculcat . Quæ omnia eò intellecta volumus , ut obtineantetiam in privilegiis , quæ per modum Juris Civilis acquisita fuere nam utut potestas Civilis illum modum fibi proprium formavit , formatum tamen regulis juris naturalis , quæ indistinctè quoconque modo acquisitum dominium vel jus illibatum volunt , subdidit , Grot. de J. B. & P. I. 2. c. 14. §. 8. Mev. in nucl. I. N. & G. insp. 6. §. 26. n. 7. Ex-cell. Dn. Graff. in pos. contr. ad. I. 2. Inst. cit. pr. th. 3. Ut igitur hæc privilegia sine labore conscientia auferri queant , justæ præsupponendæ sunt revocationis causæ : Hæ sece fundant potissimum vel in modificata privilegii concessi natura vel in facto privilegati eodemque vel licito renuntiationis sc. vel illicio , delicti , vel in causa urgentis necessitatis utilitatisq; publicæ ; Modificatum deprehenditur privilegium maxime ex temporis ratione , quo effluxo exspirat privilegium : tempus ad quod conceditur , est vel incertum vel certum : incertum quando scil. si ad vitam saltem concessum , idque vel ad vitam concedentis vel ad vitam personæ ejus , cui præprivilegium indultum .

Thes. VI.

Quod mortem concedentis attinet, privilegia utut à parte ejus, cui concessa personalia essent & sic ejus morte extin- Inter has
guerentur c. *privilegia de R. I. in 6.* per regulam tamen ex parte Mors con-
te concedentis sunt perpetua, ita ut etiam post mortem ipsius cedentis.
valeant. Wilhelm. Radelant. in *Decis. cur. Prov. Traj. dec. 125.*
n. 21. Lib. Bar. ab Enenckel. d. tr. de priv. l. 3. c. 1. num. 10. per
text. c. fin. x. de prec. c. si delegatus de offic. del. n. 6. Tapia ad d.
l. fin. de const. Princ. p. 2. c. 3. num. I. B. Lauterb. in *Coll. Th. pr.*
t. de const. pr. tb. 57. Quod si vero Princeps privilegii durati-
onem ad vitam saltem suam restrinxerit, successorem tum opti-
mo jure privilegium ceu quod jam ipso tempore finitum est,
vid. Schrad. 2. p. 9. pr. sect. 8. n. 22. seqq. revocare posse vel ex
eo liquescit, quod concessa ad tempus, post tempus prohibita
censeatur. l. 25. ff. de V. S. voluntasque ad vitam restricta,
ea extincta expiret. c. 5. de Rescr. in 6. Zoës. ad t. de const. princ.
n. 19. Hocque in privilegiis propriè sic dictis, eo evidentius
redditur, cum eorundem revocatio, juxta th. 4. non aliam
causam quam Principis voluntatem, regulis administratoriæ
prudentiæ subnixam, desideret: Quod si vero privilegia im-
propriè sic dicta & titulata consideremus, si eadem ad terminum
usque vita concedentis impetrata fuerint, utique licite,
casu existente revocantur, cum pars conventionis, quæ san-
cte custodienda l. 1. de ff. de part. l. 1. ff. de const. pec. sit ipsa tem-
poris, utut incerti determinatio: vid. l. 44. §. 1. ff. de Obl. &
ad. Barbos. ax. l. 18. cap. 8. ax. 41. Hering. de fidei. c. 27. num.
4. Quam temporis quoad durationem incerti determinatio-
nem & iis privilegiis, quæ ad ipsius concedentis beneplacitum
restricta sunt, inesse, ex iis patescere potest, quæ supra th. 3.
adducta sunt: Quæ propterea morte quoque concedentis sub-
secuta revocari posse, ex modo dictis constat:

Pari ratione & privilegia quæ ad vitam saltem ejus perso- Mors ejus
næ, cui concessa, quæ ob id personali dicuntur, restricta sunt, cui con-
morte ipsius indiscriminatim sive per modum liberæ concessi- cessa.
onis sive per modum conventionis orta fuerint, finiri, & sic

licite revocari , per modo dicta extra omne dubium ponitur
 per l. 69. l. 169. ff. de Regul. Jur. c. privilegium , de Reg. Jur. in 6.
 add. l. 17. C. de except. In quo articulo tamen probe ad natu-
 ram privilegii concessi , respiciendum erit , an scil. clausula ad-
 jecta durationem privilegii ad tempus mortis privilegiati ex-
 pressè restringat , an vero propter cessationem certæ alicujus
 qualitatis personæ privilegiati in hærentis & ob quam privile-
 gium concessum erat , per mortem inductam , casus existat ,
 quo ex implicita concedentis voluntate , privilegium ob mor-
 tem subsecutam durare amplius non debeat , an v. concessi
 privilegii ratio neque explicite neque implicite hanc temporis
 ex morte privilegiati dependentis determinationem in se con-
 tineat ? Quod si enim privilegium per modum conventionis
 ita concessum esset , ut nec singularis personæ inhærens condi-
 tio causa concessionis fuerit , nec clausula adjecta restringat
 privilegium ad mortem privilegiati , tum sane utut personæ
 saltem ejus , cui privilegium concessum fuit , mentio facta fu-
 isset , morte tamen ipsius non extingueretur , sed in hæredes
 quoque transit , et si eorundem mentio facta non fuerit ; fluit
 enim hoc ex conventionum natura & contrahentium præsum-
 ta voluntate , qui naturali ratione his ipsis quoque prodesse
 cupiunt l. 9. ff. de prob. l. 13. C. de contraben. vel. comm. stip. Ta-
 pia d. sep. tr. ad l. fin. ff. de const. pr. c. 3. p. 2. n. 26. post Gail.
 l. 2. Obs. 2. num. 13. Excell. Dni. Schweder. in Intr. ad Jus publ.
 part. fb. sect. 1. c. 10. tb. 3. Unde vero porro in dubio maxime
 dignosci possit , an privilegium sit reale an personale , de eo fu-
 sius agunt Menoch. l. 3. præf. 103. Gail. sup. cit. loc. Enenck. d.
 rr. de priv. l. 2. c. 4. numer. 53. Frantz. in comm. ad ff. t. de Const. Pr.
 numer. 39.

Quæ de morte ejus , cui privilegium usque ad vitæ tempus
 saltem concessum erat , modo prolata sunt , ea & istos casus
 comprehendunt , in quibus privilegium pro se & liberis suis
 (quo casu per regulam omnes descendentes comprehendun-
 tur , cuiuscunque gradus & sexus , si modo privilegii natura id
 admittat , l. 57. §. 1. l. 220. ff. de V. S. Menoch. const. 1. num. 190. seqq.
 Decius

Decimus conf. 570. num. II. Dn. Stryk. in Diff. de priv. interpr. c. 5.
num. 80. seqq.) pro sua stirpe, generatione, linea, familia con-
cessum est, ut scil. mortuo ultimo, ex comprehensis in privile-
gio personis, revocationi via aperta sit, qualiscunque fuerit ali-
as privilegiis concessi indeles: v. Schrad. supr. cit. loc. 2. p. 9. sect.
8. n. 22. seqq.

Cum vero mors acquirentis privilegium contingat vel na-
turaliter vel civiliter, non solum priori, sed & posteriori mo-
do revocationi privilegiorum qualiumcunque causam habilem
substerni vel ex eo liquefecit, quod mors civilis naturali exæ-
quatur l. 4. ff. qui satis d. cog. l. 1. §. penult. ff. de bon. poss. cont. tab.
eaque quæ juris civilis sunt, quorum & privilegia referre licet,
tollit, l. 17. §. I. de int. & releg. l. 6. §. 1. ff. de publ. jud. Propter
eaque cum moribus nostris banum Imperiale, die Reichs-Acht.
ob gravius delictum ab Imperatore vel Camera Imperiali im-
positum, deportationi Jure Romano quondam usitate, æqui-
paratur, taliterque bannitus omnia bona & jura mittit. Ant. de
Petrica d. tr. de pot. prin. c. 16. n. 13. Gail. l. 1. Obs. I. num. 38. Hopp.
in comm. ad Inst. t. de cap. dem. §. 2. in usu mod. bannitum etiam
privilegia amittere, hæcque revocationi obnoxia esse, sine ul-
la hastigatione statuant Doctores vid. post Myns. cent. 3. Observ.
52. Gail. cit. loc. Enenkel. d. tract. l. 3. c. 13. pertot. B. Lauterbach.
cit. loc. in Colleg. Theor. pr. t. de cost. pr. thes. §6. Quod ipsum &
extenditur ad fictas personas puta, civitates, castra, aliasque
Universitates & Collegia, quæ scil. non solum naturaliter quo-
dammodo interire, & dissolvi, ita ut ne ullum quidem vestigi-
um pristinæ rei relinquatur vid. l. 21. ff. quib. mod. usus fr. amitt.
(quo casu si ob delictum scil. semel extinctæ ciuitates, utut post-
modum restauratae fuerint, priora tamen privilegia jamjam amis-
sa non amplius reviviscere nec priorem vigorem recipere post
Tapiam d. tr. c. 4. n. 25. recte statuit Besold. in delib. p. m. 84.)
sed & Civiliter, dum scil. in bannum declarata, aut illa ratione
jura sua amittunt, desinere possunt: de quo latius vid. Gail. l. 2.
Obs. 6. n. 3. seqq. Enenkel. cit. l. 3. c. 14.

Naturalis
&
Civilis.

Ea-

Tempus Eadem a. omnia quæ hactenus de tempore incerto pro-
elapsum lata sunt & tum obtinere, cum tempus certum, ad quod usque
ad quod- privilegium concessum durare debeat, ipsi concessionis adjectum
usque con-fuerit, ex rationis identitate facile arguitur, nam privilegium
cessum. certo tempore determinatum, contra Legislatoris & conceden-
tis voluntatem porrigit non debet. arg. I. 8. in fin. ff. de post. add. I.
I. C. qui etat. vel. prof. c. 4. x. de off. judic. del. cum prout supra di-
ctum, ea quæ ad tempus concessa sunt, eo elapsa pro denegatis
& revocatis habeantur I. 27. §. 1. ff. de pac. I. 25. ff. de V. S. Enenckel.
d. c. 3. c. 18. n. 2. seqq. Zœs. cit. loc. n. 19. Carpzov. p. 2. const. 30. def.
23. num. 6. & jus quod pendet à tempore extinto tempore, ne-
cessario quoque extinguitur arg. I. 129. ff. de R. I. I. 5. C. de LL.
prout id cernere licet, in feudis ad certum tempus concessis, quo
finito, dominium utile cum directo consolidatur siveque ad do-
minum directum reddit arg. c. 2. x. de feud. add. text. I. f. 2. I. f. 18.
Meichsner, Dec. Cam. Tom. 2. Dec. 18. num. 20. Rosenthal. de feud.
c. 10. concl. 41. num. 35. v. Præf. Diff. de Redit. Domin. leg. II. th. 14. &
23. (de Emphyt. ad tempus concessa vid. Corbul. de Jur. Empy-
cap. II. num. 1. 2.

Quam clausulam, restringentem scil. privilegium conces-
sum ad certum tempus prudenter novis privilegiis addi, quo ex-
perientia rem istam doceat an & quatenus ex re publica fieri de-
beant, monet Schilter, Exercit. I. ad t. I. 2. 3. 4. I. 1. ff. §. 28.

Thef. VII.

Deprehenditur autem & porro privilegii natura sivepius
modificata ex ipsa qualitate & singulari conditione alicuius
personæ, cui ob hanc ipsam, privilegium concessum fuit: Hac
qualitate vel conditione remota aut altera, id quod indultum
erat privilegium extinguitur & pro revocato habetur: Per-
tinent vero huic maxime privilegia competentiæ, & quæ militi-
bus, sexui, Clericis, pupillis, minoribus, quæ talibus, aliisque
personis concessa sunt: Utut enim hæc privilegia ex benigna
legis, privilegium concedentis interpretatione ad alias personas
in

in privilegio nominatim non comprehensas, durante qualitate privilegiati eum in finem, ne privilegium concessum inutile reddatur, interdum extendantur l. 6. C. de prof. & Med. l. 2. §. 4. ff. de Epif. & Cler. l. 12. C. de dignitat. cap. 12. x. de off. & Jud. deleg. vid. plurimis exemplis id illustrantes Stamm. de serv. pers. l. 2. c. 7. num. 3. Enenckel. d. tr. de priv. l. 2. c. 4. num. 10. seqq. B. Lauterb. in Coll. Th. pr. t. de Conf. Princ. th. 29. seqq. Excell. D. Harppr. in Diff. de jure Domestic. th. 32. attamen illa singulari personæ conditione remota, cum privilegium, quoad ipsum privilegiatum cesseret, cessat & respectu eorum, ad quos ex hujus persona privilegii extensio facta erat, B. Lauterb. cit. loc. th. 30. D. Stryk. in diff. de priv. interpr. c. 6. n. 6.

Sunt enim hæc privilegia plane personalia, quorum natura hæc est, quod personam non egrediantur §. 6. Institut. de J. N. G. & C. & sic de persona in personam, nec sub indentitatis ratione extendi queant, proindeque neque ad heredes proprios multo minus ad successores singulares transfire possunt. l. 42. ff. de admin. Tut. l. 19. ff. de reb. aut. jud. poss. Nov. 91. Menoch. conf. 107. num. 95. Crav. conf. 239. num. 14. Berlich. concl. p. 2. pr. concl. 65. Joh. Lecirier. de primog. l. 3. q. 1. num. 2. Brunnemann. conf. 189. num. 19. sed mutatione personæ, quæ vel per mortem vel per qualitatis, ob quam privilegium concessum, amissionem contingit, extinguuntur l. 1. C. de lucr. impon. non enim potest non limitata causa, limitatum producere effectum. add. Cothmann. Resp. Acad. 21. n. 1. & 19. Hinc vidua quamdiu in viduitate remanet, conservat & domicilium defuncti mariti, ut & ejus dignitatem & honorem, reliquaque jura ex ipsius persona, Legibus ita indulgentibus in ipsam devoluta l. 22. §. 1. ad municip. l. 13. de dignit. Ast quam primum ad secunda vota transiens, illam conditionem, propter quam privilegium istud, ut radiis prioris mariti & post mortem ejus resplenderet, deponit, simul & cum viduitate omnia prioris thorijura & privilegia amittit l. 3. C. de privil. Schol. l. 1. C. de incol. l. 3. C. de murilegul. Christin. Decis. Vol. 5. dec. 13. num. 18. seqq. Sic miles immunis est à munere tutelæ, quamdiu huic suo offi-

cio vacat, prout & Præses Provinciæ, quamdiu hoc charactere munitus est l. 6. §. 14. ff. de excus. alia exempla vid. ap. Tapiam, tr. cap. 3. num. 70. seqq. Nec hic excipias privilegia ob dignitatem concessa, nam & hæc sublata dignitate extingui vel ex eo colligitur, quod & in hoc casu qualitas & causa propter quam concessio privilegii facta fuit, deficit, siveque & effectus cessare debet, l. 87. §. 1. ff. de leg. 2. l. 43. ff. de vulg. & pupill. subst. carebit enim fructu, qui nomine eximitur. l. 4. c. de ferris, non obst. L. fin. c. de decur. l. 17. c. de question. Joh. Fr. Leo. in Tb. for. Eccles. p. 4. c. 2. n. iii. post Enenckel. d. tr. l. 3. c. 13. n. 18. B. Lauterb. cit. loc. tb. 55. add. Schilter. in Exerc. ad ff. 1. cor. 8. vid. Brunn. ad l. 1. c. de advoc. div. Jud. 2. Obtinent vero hæc omnia tam in iis privilegiis, quæ propriam suam naturam retinent, quam in his, quæ ab eadem non nihil defletunt: Priora enim privilegia cum, (uti supra jam vidimus) à Principe, ex quacunque ratione, quam sibi ex utilitate Republicæ serio repræsentat, vi Legislatoriæ potestatis alterari imò mutari queant, quanto magis id fieri poterit, si in ipsa concessione non nisi certæ qualitatis in persona privilegiati deprehensæ intuitu motus, privilegium largitus fuerit, hæc verò qualitas nunc deficiat: Quod vero posteriora priylegia quæ titulata vocantur, attinet, cum & ea, quæ per modificatam conventionem in alium transferuntur jura, non diutius efficacia sua gaudent, quam si in persona acquirentis qualitas ifta, quam in conventione partes per modum requisiti presupposuere, adhucdum deprehendatur, (prout appareat exemplo feudi, quod utut pro se & suis hæredibus acquisitum fuerit, extincta tamen stirpe masculina, ad quam personarum qualitatem feudem constituenta, in dubio saltem respexisse censemur, finitur, nec ad diversi sexus personas transmittitur l. f. 8. 2. f. 36. & 2. f. 11. Rosenth. de feud. cap. 7. concl. 34. n. 14. Vultej. de feud. l. 1. c. 9. n. 39. Finckelth. diff. feud. 2. contr. 18. Struv. S. I. F. c. 9. apb. 8. n. 1.) ea propter & hæc privilegia hoc qualitatis defectu emergente, cessare, si modo superiora jungas, evidens satis redditur. add. Barbos. Locupl. ax. l. 3. c. 10. ax. 12. ampl. 1. Hinc qui non mercatores privilegium immunitatis,

(titulo)

(titulo licet oneroso) acquisivere, deinceps mercaturam exercere incipiunt, non obstante privilegio ante quæsito, ad onera mercatoribus incumbentia tenentur, prout & hi, qui alias immunes vitæ vel artis genus aliud sequuntur, oneribus huic professioni incumbentibus obnoxii reddituntur, cum immunitas intra certos limites conclusa extra eos, ob privilegiorum strictam naturam, cesseret: ex doctrina Mevii p. 2. dec. 158. per tot. Quæ vero de personarum qualitate ad effectum revocandi privilegia dicta sunt, & ad mutatam rerum, quibus privilegia concessa sunt, qualitatem trahi debere, evidenter satis constat,

Thes. VIII.

Justam poro revocandi privilegia causam suppeditarii si causa privigii, ob quam istud concessum fuit, cesseret ut & rex decantanta regula, cessante causa cessat effectus con- rumCausa cluditur. I. 6. §. 2. ff. de jur. Patr. I. 52. C. de Episc. & Cler. I. privilegii 6. C. de paſt. inter. emt. & vend. c. 60. x. de appellat. latissime Andr. Tiraqu. in reg. cessante causa cess. eff. p. 1. n. 210. Boér, dec. 31. n. 9. Quod si n. Legislator in concessione privilegii certam præsupposuerit causam propter quam ad ita disponendum coarctatus fuit & ad quam principaliter respexit, non concessurus alioquin deficiente hac causa privilegium, tum utique ob modificatam hanc concessionem non potest non cessare privilegium, si nova causa contraria ei, ex qua privilegium processit, emergat I. 82. §. 1. ff. de Leg. 2. I. 43. ff. de vulg. & pup. subst. Card. Tusch. pr. concl. L. C. concl. 202. n. 27. Coler. de proc. ex- ec. p. 2. c. 3. n. 132. Brunn. in Comm. ad I. 1. C. de falso caus. adj. ne scil. privilegium, ad eum extendamus casum, de quo concedens ne quidem cogitavit, imò quem, ob causam contrariam dispositioni adhærentem, exclusum voluit, Enenckel. d. tr. de priv. I. 2. c. 19. n. 4. Causa enim ratio Legis vel statuti adæqua & quæ respicit substantiam dispositionis, pro finali habetur, Alexand. I. 7. cons. 32. n. 6. & post eum Card. Tusch. supr. cit. loc. n. 6. seqq. de cuius causæ finalis cessatione regula indubitate habetur, quod ea cessante, cesseret effectus, si is non-
duma

dum sit consummatus l. 12. l. 22. §. 1. de excus. tur. l. 8. §. ult. ff.
 de notat. l. 12. §. 2. ff. de cond. & demonstr. Everhard. in Tobic. le-
 gal. loc. 80. à cessatione rationis n. 4. Besold. cons. 10. num. 279. ad
 Brunn. cit. loc. in tantum ut ea non solum obtineat in legibus
 & Rescriptis, Paris. cons. 169. l. 4. sed & contractibus c. 30. de
 præb. in 6. ultimis voluntatibus d. l. 32. §. 6. ff. de cond. & de-
 monstr. aliisque dispositionibus, vid. plenissime Tiraquell. cit.
 loc. Card. Tusch. d. l. concl. 202. per tut. Barbos. locupl. l. 3. c. 10.
 ax. 12. imprimis odio materiæ beneficialis, & ad repromendam
 ambitionem Rescripta & gratias ex falsa causa impulsiva cor-
 ruere ex c. 27. x. de Rescript. statuit post plures alios Everhard.
 in loc. Top. à sensu contrario n. 2. Hinc privilegia immunitatis
 depauperatis civitatibus concessa, his ad lautiorem fortunam
 & facultates pervenientibus, licet revocantur Roman. cons. 404.
 n. 5. Et quod parenti egeno tributum est miserabile benefi-
 um liberos distrahendi t. t. C. de patribus qui fil. disir. cessat cum
 pater hoc subficio amplius non egeat Guil. Bœckel. Diff. II. p.
 180. b. cessante enim necessitate, cessat quod ejus causa statu-
 tum est. c. 41. caus. 1. qu. 1. Bartol. ad l. 1. §. nunciatio. n. 28. ff.
 de N. O. N. Sic privilegium intuitu professionis vel artificii
 indultum tamdiu saltem durat, quamdiu munus istud exerce-
 tur l. 5. §. 3.. ff. de jur. immunit. Guid. Papæ. dec. 492. Ripa
 Resp. l. num. 17. Menoch. l. 2. A. I. Q. c. 182. n. 27. & privilegi-
 um filio intuitu patris saltem concessum, hoc mortuo extin-
 guitur. Tiraquell. reg. cessante, num. 17. & plur. seqq. add. supr.
 cit. D. Stryk. d. diff. de priv. interp. c. 6. n. 75. nec minus etiam
 privilegia studentibus in auth. habita. C. ne fil. pro patr. tributa,
 iis denegantur, qui vagabundi & errores, non nisi nominis
 prætextu hæc privilegia sibi arrogant, l. 9. C. Episc. & Cler. l.
 ult. C. de Tyrann. Sich. ad d. auth. habita. n. 8. Ludw. in Diff. ad
 Inst. th. 2. l. d. Quorsum & pertinent exempla privilegiorum,
 quæ sub ratione utilitatis publicæ ab initio concessa temporis
 lapsu in grave Reipublicæ damnum vergunt: Hæc enim Prin-
 ceps non solum corrigere & limitare, sed & sine ulla existima-
 tionis læsione tollere potest, imò debet. Caspar. Klock. tom. 4.
 cons. 5. num. 66. Reusnier. dec. 4. l. 4. cum potior semper apud
 eum

eum publici quam privati commodi ratio esse debeat l. un. §.
 pen. C. de caduc. tollend. §. fin. I. de his, qui sunt sui vet. al. jur. &
 ibi Vinn. Hincsi privilegia, quæ pietatis & devotionis zelo
 primitus concessa, contrarium parunt effectum, dum sub hu-
 jus praetextu vitia, quæ vicina virtutibus esse harumque sub
 specie fallere solent. vid. August. contra Jul. l. 4. c. 3. ingru-
 ent, cessare, vel saltem revocari debent exemplo ejus, quod
 Rex Ezechias, de quo 2. Reg. c. 18. n. 2. egit. vid. multis rati-
 onibus & exemplis hoc stabiliens Joh. Fr. Leo. in dict. th. for.
Eccle. p. 4. c. 2. n. 5. & multis seqq. Card. Tusch. pr. concl. l. P.
 concl. 733. n. 21. Tapia cit. sivepius tr. ad l. fin. ff. de const. Pr. c. 4.
 p. 2. n. 18. quibus exemplis & illud porro annumerandum
 quod sc. permisum quidem sit pagano in hostico deprehensorio
 militari privilegiario jure ultimum suum elogium concedere
 l. un. ff. de bon. poss. ex test. milit. sed cum periculi imminentis
 gratia hoc ei singulariter indulatum fuerit, inde fit ut non in
 hostico sed alibi mortuus heredem ex tali testamento habere
 non possit arg. l. I. C. de fan. naut. post Connan. Riminal. Sa-
 lyset. pluresque alios Excell. D. Harpr. in Diff. 2. de test. pag. in
 host. cond. th. 106. Dum vero & in conventionibus non secus
 ac in aliis negotiis, Anchor. cons. 84. col. 2. Barbos. supr. cit. loc.
 ex supervenienti causa contraria ei, ad quam partes principali-
 ter respexerunt, recedendi facultas datur l. 6. C. de paci.
 int. emt. & vend. init. post. Gloss. Monac. & Brunnem. ad
 h. l. add. Bachov. D. 30. th. 5. (nam cuiilibet dispositioni hu-
 manæ five injuratæ five jurataæ, tacite clausula hæc rebus ita
 stantibus ineft l. 54. §. 1. ff. locat. l. 29. ff. pro soc. l. 8. ff. de con-
 dict. caus. dat. caus. non sec. Tiraqu. in l. si unquam in pr. numer.
 125. & 166. C. de revoc. donar. Cravett. cons. 95. numer. 4. Pruck-
 mann. cons. 6. n. 37. Barschamp. de clausul. l. 4. n. 20. seqq.) ea
 propter ob cessantem causam finalem non solum privilegia
 proprie sic dicta, sed & impropria revocari posse extra dubi-
 um ponimus.

ut & con-
 ditio reso-
 lutiva exi-
 ner- stens.

Parique ratione & privilegia, quæ sub conditionibus an-
 nullativis & destructivis concessa fuere, eveniente conditione e-

nervari, & sua, quam habebant causa destitui, siveque & licite revocari, & sua, quam habebant causa destitui, siveque & licite revocari, ex conditionum resolutivarum indeole fatis dignoscitur vid. l. 2. pr. ff. de addict. in diem. l. 2. & 4. ff. ad L. Commiss. l. 3. ff. de contr. emt. add. cap. 4. x. de offic. deleg. Zoës. d. l. de const. princ. num. 29. add. Trentacinq. var. Resol. l. 1. Resol. 10. numer. 23. Frantz. ad t. de pignor. act. num. 69. Brussel. de condition, l. 4. num. 8.

Thes. IX.

nuntiatio. Ob factum vero ipsius privilegiati licitum, causa revocandi oboritur, si np. ipse privilegio in suum favorem introducto renunciaverit, innititur haec causa isto maxime fundamento, quod Princeps liberaliter privilegia indulgendo, nemini invito eadem obtrudat l. 69. ff. de R. I. nec velit. ut semel quoque acquisita, nobis ita adhaereant, ut nullo modo ex acquirentis voluntate definire queant; nullibi n. magis quam in materia privilegiorum obtinet regula Jureconsultorum naturali innixa rationi, quod unusquisque possit favori pro se introducto renuntiare. l. 17. ff. de min. 25. ann. l. 17. ff. de injus. rupt. l. 29. C. de pac. c. nuper. x. de decimis. Cardin. Mantic. de tac. & ambig. conv. l. 12. t. 18. n. 23. Barbos. locupl. ax. l. 6. c. II. ax. 4. B. Lauterb. Coll. Th. pr. ad t. de const. Princ. th. 51. Fieri autem solet haec renuntiatio vel expresse vel tacite: Illo modo, cum privilegiatus vel verbis & signis vel facto contrariam suum voluntatem, de eo quod privilegio amplius gaudere non cupiat, declarat: Enenckel. de priv. l. 3. c. 15. n. 1. Tacite vero per voluntarium non usum. Ut vero per hanc renuntiationem ipsi privilegiato prajudicium fiat, prater id ut potestatem habeat per renuntiationem jura sua favoresque pro se introductos, remittendi, (nam minor e. g. valide privilegio favore etatis introducto, non renuntiat, arg. l. 5. ff. de pac. doctal. l. 38. ff. de pac.) nec jura quæsita sine curatoris, quem habet, consensu dimittit. pr. Inst. de auct. tut. l. 6. ff. de V. O. l. 3. C. de in integr. restit. Bart. in l. 5. C. de in integr. Rest. Carpzov.

I.P.E.

Expressa

I. P. E. p. 2. conf. vi. def. 50. Vinn. tr. de past. c. 14. n. 14.) requiritur etiam, ut sciverit fibi privilegium competere, cum nemo ignorans suo præsumatur juri renunciare l. 19. ff. de insuff. rej. Tapiam. Tapia ad d. l. fin. c. 6. p. 2. num. 14. Gail. 2. obs. 98. num. 14. & ad non cogitata renuntiatio extendi non debeat, late Enenckel. d. l. 3. c. 16. n. 1. seqq. & porro desideratur, nec do-lo metuve adactus ad renunciationem processerit cap. 4. de his quæ vi motu. Schneidew. ad §. fin. I. de servit. n. 25. uno verbo, quæ ad validandum actum alias in agente præsupponi debent principia, reætitudinem tum intellectus, tum voluntatis libertatem, agendi potestatem inferentia, illa & in tali renunciante ad effectum renuntiationem validam reddendi desiderantur: Maxime v. ad ipsum objectum hujus renuntiatio-nis respiciendum erit, an sc. privilegii concessi ea sua natura, ut propitio jure & ex Legislatoris voluntate eidem renunciare liceat, nec ne! Multorum enim privilegiorum ea ratio est, ut cum vel Juris Divini vel naturalis præceptis innitantur, honestatemque morum stabiliant, communemque tam ipsius publici quam aliorum quoque favorem contineant, privata in iis renuntiatio permissa non sit; ut puta Feriis in Dei honorem constitutis renunciare non licet. c. f. x. de feriis sic, quam naturalis cujusque ratio inculcat, vitam defendendi necessita-tem, is, qui innocens per accusationem de vita periclitatur, desérere, renunciando non potest arg. l. 13. ff. ad L. Aquil. nec admittitur renuntiatio mariti, per quam beneficio competen-tiae ipsi tributo, contro bonos mores præjudicaretur l. 14. §. 1. ff. solut. matrim. sic formam à LL. negotiis impressam privari strictè observare tenentur l. 38. ff. de past. l. 55. de leg. l. nec in his renuntiatio admittitur: quos casus aliquosque plures nejam actum agamus vid. apud. Tapiam cit. cap. 6. per rot. Viral. de Campam tr. clausularum. p. m. 236. & mult. seqq. Cardin. Tusch. pr. concl. l. R. concl. 171. Enenckel. d. c. 16. Barbos. locupl. 16. c. 31. axiom. 2. add. novissimè Dn. Schwed. in diss. de Renunt. appell. th. 5. seqq.

Qui-

Quibus omnibus rite dispositis renuntiatio suo utique effectu ut dictum, non destituitur, sed prout privilegiatus vel simpliciter & in totum vellimilitate & pro parte & certo saltem in casu renuntiat ita quoque haec per renuntiationem declarata, privilegium non habendi voluntas, causa est, quare concedens privilegium Legislator, hoc non amplius valere debere velit, sed illud vel in totum vel parte aut certo in casu pro revocato aestimari, ita quidem cupiat, ut ei qui quondam privilegiatus erat, regressum ad idem non largiatur, etiamsi ad pristinum, cui renuntiaverat, privilegium redire eoque denuo uti vellet, nam non conceditur redintegrari illud, quod semel repudiatum est l. fin. C. de condit. insert. l. fin. C. de remiss. pign. & ad ea quibus renunciatum, regressus non datur l. 14. §. 9. ff. de adil. edict. l. 4. C. de pact. l. II. C. de reb. cred. c. quam periculosum. 7. qu. Thoming. in decisi. qu. Illust. qu. I. Carpzov. p. 2. confit. 17. def. 17. numer. 4.

Eo justior vero haec privilegium concessum revocandi ratio censenda est, quo evidentior simul & ejus cui privilegium quæsitum erat, voluntas non habendi cocurrerit, qui, si & privilegia impropre talia, sibi scil. per titulum quæsita, hac ratione dimittat, (cum hoc juris quæsiti abdicationem involvat) in effectu actum liberalitatis erga Principem exercebit, nam gratuita ejusmodi juris firmiter quæsiti renuntiatio & remissio in speciem donationis incidit l. 23. ff. de donat. l. 12. ff. de novat. Viral. de Campan. d. tr. clausul. in qu. an LL. insinuationem exigant ut possit renuntiari numer. 186. p. m. 444. Wenfeb. in parat. t. de pact. num. 8.

Thes. X.

vel facta per actum sc. contrarium. Ut in modo dictus effectus renuntiationi, evidenter signis expressæ sine dubio competit, ita non minus & ei, quæ per facta, maxime vero per actum privilegio concessio directo contrarium semet exerit, tribuitur; Locum autem haec renuntiatio habet, maxime in privilegiis, quæ in non faciendo

dovel in non dando consistunt, quibus si privilegiatus actum contrarium exerceat, praesumitur non velle amplius uti privilegio, sed isti renuntiare / 29. §. 1. ff. de judic. l. pen + §. fin. ff. de vacat. & excus. mun. l. 6. + §. fin. ff. de leg. commiss. Alexand. conf. 33. num. 2. l. 5. Gail. 2. Observ. 60. num. 12. Ziegler. de Jur. Maj. l. 2. c. 2. §. 54. seqq. Quod ut obtineat necesse est, ut actus iste contrarius, non aliam quam hanc renuntiationis præsumptionem inducere possit, alias enim pro hac non præsumeretur l. 19. ff. de inoff. test. post Decium aons. 43. n. 30. Card. Tusch. pr. concl. L. P. concl. 756. num. 22. Surd. conf. 419. n. 34. Menoch. conf. 2. num. 135. porro ab eo fieri debet cui privilegium acquisitum erat: Hinc privilegia Civitati vel Ecclesiarum quæsita per actus contrarios à civibus vel Clericis specialiter ad id non instruētis, cum non amittuntur, nec ex hoc capite revocari possunt, Natta conf. 160. n. 46. Tapia add. l. fin. p. 2. l. 2. n. 17. Dn. Stryk. de non usu Jur. qu. c. 2. num. 42. seqq. Schilter. Exerc. 1. ad ff. coroll. 8. nec minus & tale præsupponendum est privilegium, cui renuntiari hoc modo possit, nam si privilegium clausulam habeat annexam irritantem & prohibentem actus contrarios sive de intentione Superioris satis constet, nullius efficacia erit contraventio inferioris Gail. supr. c. 1. Enenk. d. tr. l. 3. c. 15. num. 12. Dn. Stryk. c. 1. prout & porro in subiecto per actus contrarios suo privilegio renuntiare volente, requiritur, ut habeat & facultatem renuntiandi, & intelligat & noverit sibi privilegium competere, cui ita renuntiatum cupit; Inde non nocet actus contrarius tempore belli perpetratus, cum hoc tempestati armorum potius, quam privilegiati voluntari imputetur; quando enim actus contrarius ex tali causa fit, quæ non finit adipisci effectum juris, eo non sit præjudicium privilegio Mev. p. 2. dec. 1. num. 10. add Ziegler. d. tr. de Jur. Maj. l. 2. c. 2. §. 54. prout & in casu interpositæ protestationis idem salvum retinetur. arg. l. un. C. de vacat. mun. publ. Mynsing. Dec. II. Resp. 1. num. 101. Ejusmodi ergo resquisitis instructa contraventio, per unicum etiam actum directo contrarium privilegio semet exercens, privilegiato nocet, adeò ut nec præscriptione longissimi temporis (vid. Cothmann. Resp. II. num. 103. vol. I. Brunnem. conf. 163. n. 113.) nec actuum reiteratione opus sit, cum ex unico

contrario actu libere suscep^to, evidenter satis de mente renun-
tiantis constare possit. l. 4. ff. de bon. & mun. c. accendentibus. x. de
priv. Enenkel. c. 1. l. 3. c. 15. n. 14. seqq. Mey. p. 8. dec. 256. per tot. B.
Lauterb. in Coll. Tb. pr. de Confl. Princ. 2. th. 51. add. Schilter. cit.
loc. nocet autem in iis saltem in quibus contra privilegium quid
actum, nam aliquibus saltem contraveniens reliquis non præ-
judicat; unde est quod is, qui privilegium generale immunitati-
onis à muneribus publicis habet, si sua sponte e. gr. tutelam susci-
piat, ad alia munera vocatus nihilominus habeat immunitatem
l. 12. C. de excus. tui. vid. tamen except. in l. 1. & 2. C. de his, qui p^{on}t.
mun. publ. subeunt. add. l. 8. C. de decur. l. 7. §. 2. ff. de decur. Felin. in
C. dum. accessisset. 8. x. de constit. num. 28. Card. Tusch. d. concl. 756.
num. 19. seqq. Privilegia vero sive habeant tractum successivum
Scriterabilem, sive simultaneum, eadem ratione per ejusmodi
actus contrarios, finiri, putamus cum B. Lauterb. in Coll. Theor.
pr. cit. loc. ex quibus efficitur quod ex collectarum solutione
sponte contra immunitatem acquisitam facta privilegio &
exemptioni renunciatum presumatur l. 13. §. 3. ff. de vacat. & excus.
mun. d. l. 1. & t. t. C. de his, qui p^{on}t. mun. publ. l. 1. C. de appell. Gail.
l. 1. Obs. 2. num. 2. Myns. d. Resp. Dec. II. Resp. 1. num. 101. Tilem. de
Benignis Syntag. 4. dec. 5. vot. 6. circ. fin. Besold. in del. ad l. 1. qu. 13. p.
m. 84. Gabriel. l. 6. concl. r. de jur. immunit. Klock. de contrib. c. 20. &
seqq. Reink. de R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 4. n. 145. sicut creditor, qui im-
petravit ut sibi licet pignus jure domini possidere, post for-
mam Rescripti alio anno usuras accepit, à beneficio impetrato
recessisse videtur l. 2. C. de jur. dom. in peir. c. 6. x. de priv. Pariter
& filius fam. exceptione Senatusconsulti Macedoniani contra
feneratorem tutus, si sui juris factus creditam pecuniariam solvat,
conditione indebitum non gaudet l. 40. ff. de condit. indeb. l. 7. §.
fin. l. 9. §. pen. ff. ad SC. Macedon. porro & is, qui expectativam ha-
bet ad certum officium, si aliud suscipiat, primæ expectativæ
renuntiassè censeretur, late Myl. ab Ehrenb. in hyparch. c. 3. numer.
146. seqq. prout & si rustici, omissa feriarum, quæ ipfis tempore
messis & vindemiarum ad eum esse sum, ne in forum compel-
lantur l. 1. ff. de feriis. tributæ sunt, exceptione, in causa proce-
dunt,

dunt, sententia valide pronuntiatur. Gail. 2. Obs. 53. n. 16. Enenkel. d. l. 3. c. 15. n. 1. seqq. ubi alia plura exempla cumulat.

T H E S XI.

Tacite peragitur Renuntiatio privilegii ut dictum, per usum Non usus
luntarium non usum; ex hoc enim non usum si presumptio capi
possit, quod privilegiatus sibi concessa privilegio inhærente non
cupiat, pro extincione privilegii habebitur, cum invito hoc
ipsum non obtrudatur; Praesumtio vero certa oritur ex usu, vo-
luntarie, per tempus à legi definitum intermissio; l. 1. ff. de nund.
Qui modus & causa, privilegia extinguendi & revocandi eo fa-
cilius introductus fuit, cum ratione ad iura communalia liber-
tatemque naturalem redditus fiat, simulque multis litibus (quas
prævenire ex utilitate Republicæ esse cenendum est, l. 1. ff. de
nund.) indubie ex incertitudine privilegii vel adepti vel retenti
oboritur, impedimentum ponatur vid. late Dn. Stryk. de non
usu juris quæsiti. c. 1. n. 15. seqq.

Cum vero ex hoc non usu tacita privilegii inferatur renun-
tiatio, & hic omnimodo sicuti in præcedentibus renuntiationis
expressæ speciebus, omnia tam respectu subjecti renunciantis,
& objecti, cui renunciandum, ita comparata esse debent, ut re-
nuntiatio ex non usu colligenda, subsistere quoque possit: Quod
si enim privilegium concessum, publicum respiceret commo-
dum & favorem, non posset utique privilegiati non usus & ne-
gligentia obesse, l. 7. C. de procur. l. 31. C. locat. vid. Joh. Frid. Leo
d. Th. for. Ecclesi. c. 10. num. 66. Hinc & nesciat si privilegiatus
sibi competere privilegium, per non usum si maximè privilegi-
um singulare fuerit, ei non poterit præjudicium fieri, cum igno-
rantis nulla sit voluntas; per ea quæ th. 10. dicta sunt: Ut igitur
respectu voluntatis non usus operetur, id requiritur, ut cum
potuerit, uti tamen privilegio noluerit privilegiatus; Nam si
& hic alia quam renuntiationis conjectura capi possit, huic uti-
que in dubio potius inhærendum erit. Jas. int. fin. n. 58. ff. de const.
Princ. Decius in l. Creditor. num. 4. ff. de R. I. Certum hinc est, quod
nec per lapsum mille annorum privilegio præjudicium fiat, si oc-
casio vel casus concessa privilegio utendi, semet non obtulerit

Tapia ad sepe dictam l. fin. ff. de const. Princ. c. i. p. 2. n. ii. Gail. 2. Ob-
 serv. 60. num. i. Carpzov. I. P. F. p. 2. conf. 32. n. 7. fundatur enim
 præsumta hæc renuntiatio in negligentia privilegiati, negligens
 vero is dici non poterit, qui jus suum etiam si velit in actum de-
 ducere non potest l. 34. & 35. ff. de servit. præd. urb. 1. 2. C. de divers.
 Rescript. l. II. C. de annal. except. Enenk. d. loc. num. 31. Dn. Stryk. in
 alleg. Disp. d. non usū jur. quæ sit. l. 3. n. 32. inde Dominus servitio-
 rum non indigens, etiam si per longissimum tempus Vasallo ser-
 vitia non indixerit, facultatem tamen indicendi non amittit,
 nec Vasallus ab iis immunitatem acquirit, nisi facta denegatio-
 ne eorundem, constituatur in præscriptione libertatis. vid. Ro-
 senth. tr. de feud. l. 6. concl. 82. num. i. seqq. Sic Princeps milita-
 re subsidium, quod civitas ei tempore belli præstare tenetur, pe-
 tendi facultatem non amittit, etiam si pacificum tempus per im-
 memorialem lapsum floruerit. arg. l. 35. C. de decur. Barbos. in l.
 scimus C. de agric. & cens. quod aliis exemplis, juris venandi, exer-
 cendi meri Imperii, nundinarum, illustrat cum Enenkel. D.
 Stryk. cit. locis num. 14. seqq. Quod si porto utendi facultas &
 occasio externa injuria impedita fuerit, cum & hic ut ut privile-
 gio voluerit, tamen uti non potuerit privilegiatus, illo non ex-
 cedit; sic qui ob vim belli majorem privilegio non utitur, vel
 temporis rationi usum ejusdem non congruere videt, salvum il-
 lud retinet Mev. p. 2. dec. 1. per tot. prout & is metu amittendi
 privilegii vacat, cuius in arbitrium liberum facultas utendi,
 quando se. velit, expresse fuit collata; cum n. privilegii usus nul-
 lis temporum restrictionibus innixus sit, non coarctata volun-
 tas, quo tempore velit, privilegio insistere poterit. Felin. ad
 Cap. tum accepissent. x. de privileg. num. 20. seqq. Richter. p. 2. dec. 86.
 num. 2. & per tot. add. exemplum de nobilitate noviter demum
 quæsita, in usum non deducta, quod assert Dn. Stryk. d. diff. c. 2.
 n. 19. quamvis eo in casu, quo sub clausula, si privilegiatus voluerit,
 privilegium concessum fuit, longi temporis non usum privile-
 gio ex ea ratione, quod hic saltem illud expressum sit, quod ta-
 cite jam ineft & sic nihil operatur arg. l. 3. ff. de leg. obesse, autu-
 met per l. 1. ff. de nund. post Boff. Tapia cit. loc. p. 2. c. 1. n. 13. Quod
 si ergo nihil sit quod tum voluntatem tum facultatem privilegi-
 ati

ati impedit, ipse vero sciens sui juris, eo intra debita tempora neque per se neque per alios, utatur, renuntiasse præsumitur: Tempus vero, quo elapso privilegium peculiariter alicui tributum ob non usum, pro amissio reputandum est, regulariter curriculo decem annorum includitur, per text. expressum *in l. 1. ff. de nundin.* qui textus utut de privilegio nundinarum saltem loquatur & propter ea quoque tantum ad hanc singularem privilegii speciem a nonnullis extendatur vid. post Gloss. *in l. falso. C. de divers. Rescr. Archid. in c. 12. in fin. c. 25. qu. 2.* communiori tamen Doctorum calculo receptum, hoc tempus generaliter in omnibus privilegiis, quæ facultatis concessionem e. gr. vendendi vetita, mensura uti inconsueta, venandi, similemque inferunt, obtainere Bartol. *ad d. l. 1. ff. de nund. Socin. cons. 164. num. 21. l. 2. Decius cons. 638. num. 14. Card. Tusch. pr. concl. L.P. concl. 755. n. 10. Gail. supr. cit. loc. Enenkel. cit. lib. 3. c. 15. n. 27. Brunn. ad l. 1. ff. de nund. B. Lauterbach. Coll. Th. pr. t. de const. Princip. th. 152.* idque maxime ad exemplum aliorum jurum ad instar servitutum rebus nostris inhærentium, & in nostrum præjudicium constitutorum, quæ pariter non usu decennii amittuntur *l. pen. C. de servit. l. p. §. 1. C. de usufr. Dn. Stryk. in d. diff. c. 3. n. 5. & 10.* Ex quo simil & illud fuit, quod non solum privilegia proprie sic dicta, quæ prout sèpius jam dictum, ad nutum Principis, rationi tamen suffultum, revocari possunt, hac ratione intereant, sed & ea quæ titulo oneroso ipsi privilegiato quæsita sunt: utut n. ea quæ per modum contractus celebrata fuere negotia, firmiori initio soleant fundamento, nec pro lubitu revocationi obnoxia sunt, attamen cum & hæc privilegia per modum alicujus servitutis inducantur & contra juris communis tenorem Superiorem ad id, ut patiatur privilegiatum concessio sibi privilegio uti, astrigant, ea propter & lapsus iste decennii servitutibus fatalis *d. l. pen. C. de servit.* privilegiis eo magis erit præjudicialis, quo major favor est illius dispositionis, per quam ad jura communia liberumque regiminis publici arbitrium denuo reditus paratur, & quo evidenter ex modo dicti temporis lapsu, in privilegiato renuntiandi voluntas ex Legis præsumtione deprehenditur per *d. l. 1. ff. de nund. Dn. Stryk. in Diff. de benemeritis c. 3. n. 58. Dissentit*

Tapia in d. tr. p. 2. c. 1. n. 8. Gabriel. l. 2. conf. 151. n. 10. seqq. Pruckm. vol. 1. conf. 39. n. 51. Currit vero hoc tempus decennii non à tempore concessionis privilegii, sed ab eo die, quo casus utendi evenit, ante enim, ut supra dictum, nulla negligentia subsistat. Ant. Faber. in Cod. Sabaud. l. 7. t. 13. def. 10. nec ultra hic non usus nocere potest, quam in quantum per eundem negligetur fuit, per c. 2. x. de appellat. l. 25. ff. quib. mod. usufr. amitt. Vasqu. illustr. contr. l. 4. c. 2. num. 7. Istud antem & nos veritati convenire arbitramur, à parte concedentis privilegium bona fide opus non esse, id est, non obstare Principi scientiam privilegii concessi quo minus idem, non usu per decennium continuato privilegium amissum esse, declarare possit; Utut enim ex juris Canon. dispositione scientia juris alieni obstat ejusdem acquisitioni C. fin. x. de præscr. hoc tamen non aliter intelligendum quam si agatur de jure per præscriptionem acquirendo, hic vero fundamentum admissionis non in præscriptione, sed in renuntiatione facta à privilegiato, qui per Legis interpretationem non amplius cupit frui privilegio, ponitur; vid. Mev. d. p. 2. Dec. 1. n. 8. adeoque scientia concessi privileg. ad suam causam redeuntis nocere non potest. arg. eor. quæ tradit Trentac. p. 2. Res. t. de minor. Res. 10. n. 9. Brunnem. ad l. f. C. sim. major. fact. al. in fin. Dn. Stryk. d. diss. de non usu jur. quæ s. c. 3. num. 47. seqq.

Quibus istud adhucdum addimus, in casu, quo privilegia in sece continent concessionem alicujus actionis vel exceptio-
nis, eadem non decennii lapsu finiri, sed tanto tempore durare,
quanto durat actio vel exceptio concessa l. 2. C. de const. pec. l. 3. C.
de præscr. 30. vel 40. annor. adeoque vel temporalia esse vel perpe-
tua vid. §. un. I. de oblig. quæ ex lit. nascunt. alia exceptio est in c. 10.
x. de Rescript. add. c. audiencem. c. accendentibus. x. de priv. Socin. in
dict. c. accendentibus. num. 15. Tapia cit. c. 1. pr. 2. n. 1. seqq. Enenkel.
d. c. 15. num. 28.

T H E S. XII.

Suppeditat vero justissimam revocandi privilegia causam
delictum ipsius privilegiati, quando nempe idem abutitur pri-
vilegio sibi concesso: Per hunc enim abusum merito semet con-
cessio

Abusus

SIC 62

C H

cesso privilegio indignum reddit, cum privilegia, immunitates & beneficia non ad delinquendum indulgeri soleant *C. privilegium.* II. qu. 3. *C. ubi ista distinct. c. recolentes. 3. x. de stat. Monachor. c. 63. c. n. quas. 3. l. 11. C. de Jud. Cardin. Tusch. L. P. pr. concl. 754. n. 1. seqq. Quid Pap. in singul. 554. Mev. p. 1. dec. 184.* Abusus autem hic dicitur, quando quis in ipsum privilegium committit vel delinquit, nec ea servat, qua ex natura privilegii servare debebat. Brunn. *conf. 136. n. 86.* idque maxime obtinebit, si dolose sibi concessio privilegio abusus fuerit Bald. *in l. verum. §. si cum tres. n. 3. ff. pro socio.* & abusus commissus privilegio non modicus, sed insignis sit, arg. auth. qui rem. *C. d. SS. Eccles. l. 2. ff. si usfr. pet. Aug. Beroë vol. 1. conf. 120. n. 30.* add. Hopp. *ad §. fin. l. de his, qui sunt sui vel alien. jur.* Ejusmodi ergo ob abusum, sicuti Vasallus e. g. nimiam favitiam in subditos suos exercens, praeferunt si admonitus non destiterit, feudo privatur Myns. *5. Obs. 8. Gail. de P. P. c. 2. n. 22.* Rosenth. *de feud. c. 10. concl. 33. n. 55.* vid. Mev. vom Zu- stand und Absforderung der Bauren. *c. 3. n. 62.* & is qui potestate in uxorem & liberos abutitur, hac ipsa exiuitur *can. 7. dist. 74.* add. *L. ult. ff. si à Parent. man. Carpz. Jurispr. confit. l. 2. t. 12. def. 212. seqq. Cothmann. vol. 2. Resp. 57.* prout & Emphyteuta d. auth. qui rem. *C. de SS. Eccles. Corbul. de jur. Emphyt. c. 13. num. 4.* & uti fructuarius arg. *l. 2. ff. de aqu. quod. & assiv. l. 10. l. 11. §. 1. ff. quem. serv. amitt. B. Lauterb. in Coll. Tb. pr. t. quib. mod. usfr. amitt. thes. 8.* deteriorantes insigniter rem in emphyteut. & in usumfructum ipsis concessam jure suo privantur, ita quoque merito privilegiatus sui privilegii jaucturam facit; Hinc, qui contra finem intentum ab eo, qui privilegium generale concessit, malitiose eo velet contra tertium abuti, fructum ejusdem amittit: e. gr. minori succurrunt leges, ne ob lubricum atatis damnum patiatur. *t. t. ff. de min. indignum vero eundem hoc privilegio judicant, si do- lose semet majorem simulaverit, nam jura non favent decipi- entibus l. 57. in fin. ff. de min. l. 1. C. si advers. delict. Frantz. ad t. de mi- nor. n. 29. seq. Hahn. ad Wes. eod. tit. n. 5. in fin. sic non utitur filius fam. mutuam pecuniam accipiens, SCri Macedoniani benefi- cio, si per simulationem aut mendacium semet patrem fam. di- xerit, hocque dolo ad mutuo dandum, alterum induxerit, l. 1. C.*

ad

ad SCt. Maced. arg. l. 4. §. 14. ff. de dol. mal. except. Trentac. l. 3. Ref. 19. de Sol. Christin. vol. 3. dec. 35. n. 6. ubi aliud exemplum recenset; nec mulier turpis lucris spe corrupta, accipiens pecuniam exceptione Senatus-Consulti Vellejani gaudet. l. 23. C. ad SCt. Vell. D. Stryk. in diss. de abusū jur. quæs. c. 4. n. 8. seqq. ubi alia plura exempla cumulat: sic Creditor, qui in fraudem creditorum omnia sua bona dilapidat, cessione bonorum non fruitur Nov. 135. in proam. arg. l. 51. ff. de re Judic. Enenkel. d. tr. de priv. l. 3. c. 17. n. 42. & religiose viventibus concessa privilegia admuntur, si cessaverint à Religione, can. fin. c. 25. quæst. 5. & dolo malo abuti adeoque privilegio indignus censetur, qui præbendam studiorum gratia accipit, studia vero desidia tentus, plane non exercet c. 12. x. de cler. non resid. Anton. Burr. in c. 1. de lit. contest. add. Speid. in specul. voc. privilegium, sic & speciali privilegio is maxime abutitur, qui privilegium ultra intentionem ipsius concedentis fraudulenter extendit, idemque vel in ipsius concedentis vel tertii præjudicium usurpat: quod enim privilegiorum interpretationem attinet, non ipsi privilegiato indultum est, ut possit privilegium singulariter ex Principis munificentia impetratum pro libitu interpretari & ad casum talem, qui neque verbis privilegii neque ratione ejusdem continetur, extendere; hoc enim si agat, merito privilegio privatur, c. quia frustra x. de usir. cum fibimet arroget ea, quæ sunt solius Principis potestati relicta cap. 12. x. de judic. c. 31. x. de sent. excomm. quippe qui primus & ultimus privilegiorum interpres est; post Roland. à Valle, vol. 4. conf. 32. num. 73. Brunn. conf. 136. n. 88. seqq. & cum Princeps nunquam in alterius præjudicium, & injuriam beneficium concedere soleat. l. 1. C. de his, qui ven. atat. l. 5. C. de fid. & jur. bas. minus vero præsumi possit, quod in damnum proprium privilegium concederit, cum clarum sit, quod privilegium, concedenti non debeat esse onerosum l. 7. ff. ut legat. caus. cav. nec idem inde damnum sentire l. 50. ff. de re jud. l. 62. de ædit. edict. Enenkel. d. sep. tr. l. 2. c. 3. num. 6. dignus utique erit privilegiatus, cui adeo turpiter abutenti, privilegium admatur; vid. omnino Stryk. d. diss. de abusū jur. quæst. c. 9. num. 22. seqq. Hinc si à Principe, qui jus venandi, tanquam ad Regalia indubitanter pertinens arg. 2. f. 56. Lud. Gilhaus. arb. jud.

jud. p. I. c. 1. n. 87. Knipschild. de Civ. Imp. l. 2. c. 7. n. 4. seqq. Myler.
 ab Ehrenb. de Princ. & stat. Imp. c. 13. n. 1. per modum privilegii
 minores feras capiendi potestas alicui concessa fuerit, die kleine
 Jagd-Gerechtigkeit / add. hic Noricum ad Inst. §. 12. de rer. divis.
 Brunn. cent. 2. dec. 15. hicque vero fraudulenter extenderet ad
 species ferarum majores, siveque privilegio concessio, extra limi-
 tes praescriptos venando, abuteretur, amittit privilegium: vid.
 Zolanettam apud Noë Meurer, tr. Jagd- und Forst-Knecht. p. m.
 235. add. & p. 211. ubi alia exempla cumulantur. Huc pertinet & ab-
 usus Jurisdictionis alicui per privilegium concessa; quod si e-
 nem privilegio talis gaudens, subditos in causa Civili contra ob-
 latam cautionem in carcerem misere detrudat vel si justitiam
 administrare detrectet, privabitur concessa Jurisdictione arg. l.
 1. C. de emend. serv. l. f. C. quem. civ. mun. ind. Vasqu. Illust. qu. l. i. c.
 8. n. 17. seqq. Gail. l. 1. Obs. 17. num. 2. B. Lauterb. in Coll. Th. pr. t.
 de Jurisd. th. 56. add. Ziegler. de Jur. Maj. l. 1. c. 29. th. II. & seqq.
 Quomodo vero porro abusus circa privilegia committi possit la-
 tius pandit Dn. Stryk. cit. loc. c. 4. num. 12. & mult. seqq. Exten-
 dimus vero modo dicta non solum ad privilegia, quae suam na-
 turam propriam conservant, (hac enim utijam sepius monitum
 revocationi liberiori subjecta sunt, add. exemplum quod assert
 Mev. conf. 102. n. 98.) sed etiam ad ea, quae per modum conven-
 tionis alicui quaesita sunt; Abusus enim sicuti non toleratur in
 feudo, nec in emphyteusi, ut supra dictum, nec in usufructu §.
 3. l. de usfr. l. 27. §. 1. ff. de usfr. aliaque servitute l. 10. §. 1. l. 18. ff.
 quib. mod. serv. amitt. sed abutens jure suo privatur Cavalc. de
 usfr. mul. rel. fol. 57. numer. 157. seqq. Zoëf. in Camm. ad d. t. serv.
 quem amitt. n. 16. ita nec in privilegio, quod ad instar servitutis
 considerari potest, & cuius reductio ad priorem legis generali-
 tatem maxime si peculiariter saltum tributum erat, favorabilis
 omnimodo habetur, aliter statuendum esse videtur, ut ad
 instar præcedentium jurium per modum conventionis, vel
 alterius cuiusdam tituli quaesita non fuerit: Interim concessa
 privilegio universitat: vel certo ordini, unius abusu non tolli
 Brunn. Conf. 42. n. 200. abusumq; in certa saltu parte privilegii,
 non toti privilegio obesse pro certo habem: Præter abusum vero

& ex aliis delictis, ob quæ deportationis, vel moribus Germania banni pena locum habere potest, privilegia qualiacunque

vel aliud revoari posse, supra th. 6. jam monitum est: Sic ob crimen Rebellionis & defectionis fractaque pacis publicæ, ob quæ supra ob quod adicta pena infligi potest, immo & ob reliqua crimina, quibus speciales confis- cialiter confiscatio imposita est, (vid. Excell. Dn. Schwederum in *Introd. Ius Publ. p. spec. sed. 2. c. 15. n. 21.*) & privilegia sine dubio cum habet revocari possunt arg. l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj. Nov. 12. c. 1. 2. f. 56. aut cui pœ- add. Recess. Imper. 1555. §. Wir befehlen. Luc. à Penna in l. cum alle- na amissio- garis n. 2. 6. 7. de remil. Afflict. dec. 14. n. 6. Gail. de pac. publ. l. 1. c. nis privile- 4. n. 1. & c. 11. n. 2. Ita ob speciale quoque delictum contumaciae, gii specia- si citatus sc. non compareat privilegiumque suum alleget, pri- liter cohæ- v legium cessat l. 2. C. de priu. Schol. l. 2. C. de excus. c. tuarum. de ret,

Q. an ob tem ob delictum privilegiati, privilegium revocari nequit, ingratitudinem. Cardin. Tusch. pr. concil. L. P. concil. 757. n. 1. adeo ut juxta plurimorum sententiam, privilegia titulo oneroso qualita, non ob quamcunque ingratitudinis, à privilegiato contra concedentem admisit, causam, etiam si concessio per donationem remuneratoriam facta fuisset, revocari quærant. late P. Ant. de Petr. de pot. princ. c. 32. dub. 2. num. 135. seqq. & in fin. d. dubit. Tiraquell. ad l. si unquam. 8. C. de revoc. donat. numer. 14. Vivius commun. concil. libr. verbo donatio. numer. 7. seqq. quod dubio carere videtur, si concessiones privilegiorum remuneratorias à Princibus factas, remunerationibus à privatis factis, quæ revocationi ob ingratitudinem obnoxia non sunt, Dn. Stryk. in diff. de benemerit. cap. 3. numer. 75. B. Dn. Kurrer. in diff. de revoc. donat. th. 29. æquiparamus. Caterum, si de privilegio proprio sic dicto vel per modum donationis simplicis concessio quaratur, evidens fatis est, posse ejusmodi privilegia à Principe concessa ob causam ingratitudinis revocari per l. fin. C. de revoc. donat. Enenckel. d. tr. l. 3. cap. 17. numer. 4. & mult. sequent. ubi eadem & in privilegiis per contractum quasitis numer. 16. obtinere statuit,

THES,

Sicuti vero Privilegium à Principe quacunque ratione in- Necessitas
tuitu utilitatis publicæ concessum, cum vergit in perniciem Rei- & utilitas
publicæ, seu ratione concessionis cessante, licite revocatur, vel Reipubli-
potius in hunc casum non extenditur Grot. de J. B. & P. I. 2. cap. ca.

14. §. 12. n. 4. & ibi Gronov. in not. ita pariter si publica utilitas
vel ingruens necessitas revocatione privilegiorum licet per mo-
dum contractus quæsitorum, vel stabilienda vel lenienda sit,
hoc omnimodo permisum esse, sanior Politicorum principio-
rum consideratio haud ægre evincit; est enim salus Reipublicæ
supra omnes leges & privilegia posita. vid. Speid. in Specul. voc.
privilegium: nec iniquum est privatos & singulos in gratiam Rei-
publicæ, juris sui rerumque suarum privilegiique jaçturam sub-
ire, quoniam, juxta Ciceronem ad Herennium omnia commo-
da à patria sunt accepta, proinde nullum incommodum pro pa-
tria grave putandum. Finckelthus, de jur. patron. c. 6. numer. 71.
magisque hic Reipublicæ redditur privilegium, quam privato
adimitur: Myler. ab Ehrenbach, in hyparchol. c. 6. §. 31. num. 63.
seqq. Fundatur vero facultas hæc adimendi privilegia etiam per
titulum quæsita, ex modo dicta causa, in supereminenti Domi-
nio, quod cuilibet Superiori ex ipsa quam habet Majestate, aut
potestate huic analoga, competit; vi hujus enim usū civitatis
inevitabili ita exigente, circa personas, res, jura & actiones ci-
vium ita disponendo versatur superior, ut, cum via ordinaria
salus Reipublicæ firmari non possit, in subsidiario remedio, æ-
qualitatem inter cives non adeo in præsens observante, expedi-
atur. Grot. d. tr. I. I. c. 1. §. 6. ibi Becler. & I. 2. c. 14. §. 7. Pufend. qualiter
de jur. N. & G. I. 8. c. 5. §. 7. adeoque licete quoque privilegia, hæc debet
ut ut considerentur, ut jura firmiter alias quæsita, ut hinc fini esse com-
inserviant, revocantur & admuntur Cardin. Tusch. pr. Concl. parata
L. P. Conclus. 690. num. 66. Decius conf. 36. num. 8. Perez. in C. t. de
prep. ag. in reb. num. 8. Klock. de contr. L. 15. n. 93. seqq. Cum vero
necessitatem & utilitatem publicam pro causa hic supponimus,
non qualemcumque intentatam à Principe utilitatem, quæ juxta
tb. 4. causa quidem revocationis privilegiorum proprie sic di-
ctorum esse potest, sed talem intellectam cupimus, cui non

nisi per ablationem juris per privilegium quæsiti provideri & occurri potest, quæque, dum subsidiarium hoc remedium efflagitat, eo respectu præcisam necessitatem, quam citra hanc privilegii revocationem declinare non licet, innexam habet Burfat. *conf. 16. n. 73.* Ziegler. *de jur. Maj. I. I. c. 12. §. 13.* Mev. *p. 7. dec. 144. num. 7.* utque adeo non ficta vel colorata aut saltem prætenfa, sed extrema & imperiosa necessitas, quæ directo & principaliiter statum concernit, & manifesta est, hic supponenda sit, ne alioquin omnium immunitatum, indultorum & privilegiorum revocationem ferè arbitriam reddamus. Boeler. *supr. cit. loc. ad Gro. Tabor. in tr. de metat. p. m. 182. add.* Odres. *mod. cit. de qua utilitate & necessitate prædicari solet, quod legem non habeat, & quod in omni privilegio, immunitate aliave dispositione censatur excepta, & licitum faciat, quod alias licitum non est.* Anchor. *Conf. 91. n. 5. & conf. 243. n. 4.* Gail. *2. Obs. 52. n. 26.* Ant. Freudenth. *de rescript. morat. concl. 44. num. 24. lit. I. add.* Barbos. *locupl. axiom. 1. 12. c. 5. axiom. 16.*

Ad quod ipsum illustrandum induci solet exemplum immunitatis, quæ alicui à collectis solvendis impedita fuit: Hæc immunitas utut sub prolixa verborum generalitate ut cum dicitur, daß einer von allen gemeinen / so wohl Real- als Personal-Beschwerden frey seyn solle / concessa fuerit, attamen privilegiatus propterea immunis non erit ab extraordinariis *I. 6. ff. de vacat. numer.* multo minus ab iis oneribus quæ ingruens belli necessitas, casusque ut civitas ab imminenti devastatione liberetur, aut eventus insolitus avertatur, depositit, arg. *I. 78. §. 5. ff. de contr. emt.* quandocunque enim privilegium concessum, ita comparatum est, ut per ejus pleniorum interpretationem aliis injuria fiat, vel aliquid adimatur aut præjudicium gignatur, strictior interpretatione ejusdem fieri debet *I. 2. §. 6. ff. ne quid in loc. public.* licet alias seposito hoc impedimento beneficium plenissimam interpretationem admitteret. *I. 3. ff. de const. Princ.* Klock. *de contrib. c. 14. numer. 60.* Myns. *cent. 4. Obs. 70.* Petrus Heig. *que st. 18. num. 26. p. 1.* Schrader. *tr. de feud. p. 10. seqq. I. numer. 130.* Brunn. *conf. 6. n. 40. seqq.* & hoc obtinebit etiam si persona cui privilegium concessum est, sit alias summe privilegiata, puta

Cler-

Clericus c. 4. § 7. x. de immunitat vel Ecclesia l. 5. C. de SS. Eccles. vel Nobilis similisque privilegio munitus: Mevius d. p. 7. det. 144. n. 3. add. Mart. Mager. de advoe. armat. c. 6. n. 52. nam cum id quod odiosum est, non praesumti, sed exprimi debet, ideo ejusmodi concessio immunitatis quoconque titulo facta, ad onera consueta & solita saltem restringi debet, post Gail. d. O. 52. n. 26. l. 2. latè Schilt. Exerc. adff. I. §. 32. seqq. Ut sic in praesenti casu ob necessitatem non tam revocetur privilegium, quam potius interpretatio fiat, concedentem ad istum necessitatis casum privilegium non voluisse extendere, adeoque ob defectum facta concessionis, privilegium immunitatis utut onerosum fuerit, ad collectas extraordinarias, & ob belli necessitatem solvendas extendi non potest. Carpz. de 263. dissent. Schrad. d. tract. feud. p. 10. sctt. 21. n. 130. in fin. Quod si vero Princeps aliquem nominatim & ab his oneribus per privilegium eximat (quod ab eo fieri posse, modo exempti portio non reliquis Civibus accrescat, sed ex avario Principis solvatur, docet Bocer. tr. de collect. cap. II. numer. 52. Schilter. dict. loc. §. 52. seqq. Victor. de caus. exempt. th. 19. vid. tamen Ant. Bornin. de Cavalc. & Vafall. serv. c. 6. p. m. 129.) hunc immunem omnimodo reddi asserunt Cacheran. decision. Pedemont. 39. numer. 20. Tabor. de metat. p. m. 187. Ziegler. de Jur. Majestat. l. 2. cap. 2. §. 52. quamvis nec si quidem immunitas à collecta Turcica, Turken-Steuer / obtineretur, cumjuxta LL. Imperii fundamentales talis immunitas plane concedi non possit. Recess. Imp. de Anno 1495. tit. vbi dem gemeinen Pfenning. it. de Anno 1550. von Soldnern. & Recess. Imp. Spirens. de Anno 1529. §. und nachdem. add. Rec. Imper. de anno 1566. §. Dieweil nun diese/ aliosque plures, Wehner. in obs. pr. voc. Schatzung V. auch Turken-Steuer. Bocer. d. tr. de collect. c. II. num. 50. Tabor Ziegler. cit. loc. add. Schilter. dict. Ex. I. §. 26. ubi ex Nata aliam limit. addit: Huc pertinet & illud exemplum, quod Petr. Arod. rer. judicat. l. 10. t. 14. num. 1. affert: sc. cum, Poenis in Italia commorantibus, Romana Juventus non sufficeret, ea que propter & Coloni maritimi ad militaria munera cogebantur, hique vero immunitates suas obtenderent: responsum hoc accepere: Non esse Civem Romanum, qui in necessitatibus

bus sibi ulla excusatione utendum esse putaverit: vid. Myl.
ab Ehrenb. in *hyparchol.* cit. L. 6. §. 31. numer. 63. seq. ubi &
addit exemplum in eo, qui privilegium immunitatis, à su-
fceptione officiorum publicorum meruit, quod sc. non obstante
hoc privilegio hic nihilominus teneatur in casu, quo penuria
personarum adest, aut idonei Cives deficiant, suscipere
munera, & ad id invitius quoque astringi possit per L. 14. §. fin. ff. de
muner. vid. cit. ab eodem Gratian. *discept. for.* 184. num. 48. Sed
cum hæc exempla, ut pro parte jam dictum est, ejusmodi casus
presupponant, in quibus ob deficientem Principis voluntat-
em vel potestatem privilegia ad casum necessitatis ne qui-
dem extendantur, ea propter pro genuinis ad nostrum
propositum, quo revocandum privilegium prius existere
debet, non quadrant: Potius vero hic ejusmodi exempla
singenda sunt, ubi & tempore necessitatis privilegium con-
cessum durat, sed ad hanc declinandam, salutemque Rei-
publicæ firmandam opus est, ut privilegia concessa vel pe-
nitus vel ad tempus revocentur & annihilentur, vel revoca-
ta in alios transferantur. Ut pura si ad obtainendas aquas pa-
cis conditiones, privilegia certis Ordinibus, & Societatibus
indulta, revocanda & irritanda essent; Hoc casu sane urgens
ista necessitas, durum alias telum, Principi, cui salutis pub-
licæ cura impensis commendata est, permittit, ut vi emi-
nentis Dominii privilegia hæc, utut oneroso titulo acqui-
sita, redimendæ tranquillitatis publicæ causa, ex rationibus
supra jam memoratis, revocet & extinguat: Quo casu ta-
men ipsa æquitas suadet, ut, cum bonum publicum non po-
stulat, ut gratis quis suo jure cedat, Princeps hoc, quod per
ablationem utilitatis publicæ causæ factam, privato intulit
damnum, per æquivalens resarciat, & curet, ut quod omnium
causa factum est, ab omnibus quoque resarciantur: arg. l. 2. ff. ad
L. Rhod. de jact. Grot. de I. B. & P. cap. 14. §. 7. & ibi comment. Fe-
linus in C. quam Eccles. n. 28. x. de const. Zoës. in comment. ad ff. t.
de const. Prince. num. 30. in fin. Ziegler. d. tratt. l. 2. c. 2. §. 56. add.
Maxstert. illust. mater. p. m. 30. & 31. Rauchbar. qu. 1. 2. qu. II.
num. 93.

THES.

Expositis ita plerisque causis, quæ Principem justissime ad quod revocationem privilegiorum movere possunt, nunc ad ipsum cat. subiectum, quod revocat, transitum facimus. Quodnam autem illud sit, ex hucusque dictis facile dignoscitur: Sc. Privilegiorum concessionem, quæ exemptionem ab universalitate legum insert, actum regnatorum & Principum proprium esse Mev. p. 3. Dec. 184. n. 3. jam supra diximus, adeoque cuiilibet Majestatem habenti, olim soli imperatori L. f. C. de LL. & si ad statum Imperii Roman. German. respicias, tum Sacratiss. Imperatori, vi Reservatorum extra comitia quoque; effetu per universum Imperium semet diffundente, tum reliquis quoque Statibus & his qui iurisdictione territoriali gaudent, competere, ex iis patet, quæ latius tradunt Gail. 1. Obs. 1. n. 7. Carpzov. ad L. Regiam. c. 8. n. 8. B. Lauterb. in Coll. Th. pr. t. de const. Thes. 40. B. D. Fromm. in tr. de condom. territor. c. 5. Th. 18. D. Schwed. in Intr. ad Jus Publ. p. Sp. 1. c. 10. n. 4. v. Stryk. in usū modern. t. de const. princ. §. 9. D. Coccej. np. is qui in Jus. publ. c. 23. §. 8. seq. At vero cui facultas competit privilegia concessit condendi eidem & competit potestas eadem defruendi, ex natura privilegiorum sc. Correlatorum: eaque propter non solum supremus Princeps & Imperator à se concessa privilegia, in quantum sc. publica conventione ejus potestas non est restricta, revocat, sed & inferior Princeps, cui circa privilégia à se concessa eadem facultas competit, quam superiori Zölf. ad d. t. de const. princ. n. 30. ex eadem qua privilegia concedit potestate, ex contrario quoque revocat. Besold. in del. ad 1. 1. gr. 13. p. 82. Diximus inferiorem Principem privilegia à se concessa revocare; nam quod attinet privilegia publico Jure & LL. Imperii tributa, ad ea hujus potestas semet non extendit: Hinc statutum quo appellationis beneficium in torum tollitur, inefficax est eoque non obstante Appellations in camera Imper. recipiuntur. Ord. Cam. p. 2. t. 28. §. und die veit. Mynf. Cent. 1. Obs. 14. Everh. Conf. 18. n. 6. l. 1. add. Rummelin. ad Auream Bell. p. 2. D. 2. 7b. 1. Imo & ea privilegia, quæ ad effetum universalem in Imperio obtinendum ab Imperatore vi Reservatorum sine illo prajudicio Statuum, non refragantibus LL. Imperii, conceduntur, à Statibus Imperiis in suis

vel ejus suis territoriis abrogari posse, regulariter verum est. D. Stryk.
Successor. in usu moderno ff. d. i. loc. §. II. ubi exemplum ejusmodi privilegii,

Bibliopolis sc. concessi. recenset: nam rite concessa ejusmodi privilegia, suo effectu destitui non debent, ne inane saltem nomen, audiant reservata: Id autem quod de facultate revocandi privilegia intuitu personæ concedentis dictum est. & ad personam Successoris, quounque demum Jure succedat, extenderendum venit. Cum n. Successor eandem numero Majestatem cum Principe Antecessore habet, & unum idemque sit Imperium eademque Respublica, licet persona imperantis mutata fuerit. Knipschild. de Civ. Imper. I. 5. c. 3. n. 58. Reinking. De R. S. & E. I. I. cl. 3. c. 3. & proin Successor non sit inferior prædefuncto imperante, dehinc sicuti Antecessor potuit ex causis supra memoratis gratias & privilegia à se concessa revocare, ita quoque & Successor prout ipsi viatum fuerit, ex eadem potestatis ratione eadem revocare poterit: post plures alios Besold. in sua Polit. c. 8. §. 33. n. 1. Ubi tamen, si ex eo presupposito, quod Princeps in suis conventionibus & contractibus jure privatorum utatur, & quod in eo quoque leges civiles, quibus semet sponte subjicere videtur I. 4. C. de LL. Cephal. conf. 542. n. 66. Petr. Surd. conf. 419. num. 68. post Grot. de jur. B. & P. I. 2. c. 14. n. 6. Ziegel. de Jur. Maj. I. I. cap. I. §. 17. locum habeant, incedendum sit, statuminandum esset, non posse Successorem in casu, quo ob ingratitudinem defunctus Princeps poterat revocare privilegium titulo donationis alicui concessum, (de quo supra Th. 12. a. 3. l.) nec tamen desuper, non ignorans causam ingratitudinis, in vita conquestus fuerat, vel ad revocationem semet præparaverat, revocare, cum

Quid si re-ejusmodi per ingratitudinem illata injuria non aliter nisi volen-
vocatio ob-
te eo, cui eadem facta, vindicetur, qua voluntate per mortem ex-
ingratitu-
dimem fa-
cienda!
tincta, ipsa quoque injuria remissa censemur per. I. fin. C. de revoc.
donat. Tapia add. I. fin. ff. de conf. Princ. par. 2. c. 7. n. 17. seqq. Jul.
Clar. §. donatio. qu. 23. n. 10. add. B. Dn. Kurrer. in diff. de revoc.
donat. tb. 38. idque ad exemplum feudorum ex delicto Vasalli
revocandorum; Quod si enim Dominus directus vivus
desuper voluntatem suam non declaraverit, remisisse jus fu-
num & caducitatem non admisisse censemur, cum deferatur jus
hoc

hoc revocandi sub tacita conditione, si sc. voluerit Dominus. Cephal. vol. I. conf. 146. n. 15. Bursat. Tom. I. conf. 14. n. 18. seqq. Nicol. de Noal. de transmiss. c. 47. n. 19. Rosenthal. de feud. concl. 41. n. 47. Struv. S. I. F. c. 15. apb. 12. n. 4. per plures alleg. Cum vero Privilegia à Principe non ut privato, sed publica autoritate & pro Imperio plerumque introducuntur, & sic publica fide nituntur, ipsaque Respublica perpetuo maneat, de hinc & Successorem, ob ingratitudinem adversus Antecessorem admissam, privilegiato tanquam indigno privilegium auferre posse statuit Enenckel. d. tr. de priv. l. 3. c. 17. n. 27. seqq. de quo tamen judicium relinquimus legenti. Illud autem indubitatum est, non posse regulariter Magistratus inferiores, (quibus facultas privilegia concedendi per ordinem non competit l. 8. C. de excus. mun. l. 35. C. de Epis. & Cler. vid. tamen Reuter. Bestallung. Imper. Max. II. art. 89. l. 1. C. de oper. publ. l. 1. Cod. de Decret. super. immunis. quib. conced. in quibus locis concession Superioris certis in casibus id permisum) immunitates & prærogativas per privilegia aliis concessas revocare; cum contrariorum eadem censeatur esse ratio. d. l. 10. C. de excus. mun. Tabor. d. tr. de met. & Epid. p. m. 172. seqq. add. Can. 17. caus. 25. qu. 2. can. 27. caus. 12. qu. 2. Barbos. locupl. ax. 14. c. 83. ax. l. 22. Et quamvis Judicis sententia condemnatoria privilegium interdum auferatur, in effectu tamen nihil aliud agitur, quam ut privationis pena per legislatorem determinata executione mandetur: Grot. d. J. B. & P. 2. c. 14. n. 13. Multo minus vero privati arbitrio relictum est ut possit privilegia aliis indulta in nihilum redigere: privilegiatum quippe adversus quemcunque alium privatum, usum privilegii quacunque ratione turbantem jura defendant, concedendo eidem eum in finem tum actiones tum exceptiones: de quibus vid. Ziegler. d. tr. de Jur. Maj. l. 1. c. 12. §. 16. Hahn, ad Wef. t. de const. Princ. p. 63. add. quoque supra Th. 1. Id tamen ex accidenti evenire potest, ut concessi privilegii effectus certo in casu ex persona privati cesset atque suspendatur: Hoc contingit, si privilegiatus cum & que privilegiato concurrit & utriusque privilegium sit unius ejusdemque speciei vel unum altero sit fortius & potentius: l. 8. f. de Excusat. l. II. §. §. ff. de minor. 25. ann. l. f. ff. ex quib. caus. major.

Non revo-
cat Magi-
stratus.

nec
privatus

I. 2. C. de silent. de quo concursu videri potest Card. Tusch. pr. concl. L. P. concl. 760. per toc. Menoch. Conf. 100. n. 284. Tapia d. tr. p. 2. c. 8. per tot. Barbos. locupl. cit. loc. ax. 26. B. Lauterb. Coll. Th. pr. t. de confi. pr. Th. 47.

THE S. XV.

**Subjectum
cui per re-
vocatio-
nem privi-
legia adi-
muntur
sunt subdivi-
ti.**

**interdum
& forensis.**

Cognita persona ejus, cui potestas & concedendi privilegia, eademque justis ex causis iterum revocandi concessa est. facile quoque cognoscitur quinam sint ii, quibus privilegia concedi, concessa vero rursus adimi possunt; Sc. cum privilegia pro fonte agnoscant Principis ab universalitate legis singulariter aliquem eximentis, ac tumque legislatorum exercentis, voluntatem non potest non privilegii concessio in persona accipientis vel in re, cui immunitas & privilegium tribuitur subiectonis vinculum presupponere; nam qui nullo modo vel tempore aliquius Imperio & jurisdictioni subest, ne quidem opus habet illius Principis privilegio, cum eum Legum universalitas non strinquit: Enenkel. d. tr. l. 3. c. 17. n. 13. B. Lauterb. cit. loc. Thes. 43. ut ut vero & indubie forensibus privilegia concedantur. Petr. Ant. de Petra de pot. Prince. c. 24. n. 224. Besold. in delib. ad l. 1. ff. qu. 13. id tm. non alio respectu fieri solet, quam quatenus vel ex causa temporaria istius Principis aut Civitatis agnoscere summam potestatem interdum tenentur: Quod sit, dum extraneus & forensis in alterius Principis territorium semet consert, aut bona in eodem possidet: Priori n. in casu tacitum quoddam pactum intervenire censetur, quod forensis cultum & obsequium legibus istius loci, exhibere velit, iisdemque se conformare tamdiu, quantum eodem in loco commoratur; proindeque ratione contractuum & delictorum ibi initorum & commissorum obnoxium semet reddit legum statutorumque praescripto. fac. l. 3. ff. de offic. praef. l. 2. C. de interdict. Myler. ab Ehrenbach. de Prince. & stat. Imp. c. 4. n. 3. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 11. §. 5. n. 2. & ibi Hennig. in not. add. Pufend. de J. N. G. l. 6. c. 5. Posteriori in casu res utique Jurisdictioni Superioris subiecta est, indeque per consequens ad operaria rei in hærentia extraneus quoque possessor tenetur arg. l. 7. ff. de publ. & vestig. l. 6. §. 5. l. 18. ff. de muner. Besold. conf. 34. n. 11. Perez.

Perez. ad t. C. de ann. & trib. n. 29. Rosenth. de f. c. 5. concl. 82. n.
 7. Brunn. ad l. 4. C. de invol. His igitur quibus privilegia concessa
 sunt, sive subditi perpetui sive temporari fuerint, ex supra di-
 Etis causis privilegia rursus adimi possunt, nec in hoc forensibus
 aliqua prærogativa præ civibus tribuenda est; de quo & in obje-
 cto videbimus. Illud a. ex thesi præcedente fluere videtur, quod
 mortuo privilegiato, cuius delictum & ingratitudo causam re-
 vocationi subministraverat, hæredi privilegium, quod titulo
 quæsitus erat, extorqueri amplius non possit, si declaratio Prin-
 cipis, quod velit privilegium ob dictam causam pro revocato
 habere, in vita delinquentis, debite facta non fuerit: delicta n.
 morte delinquentis extincta remanent l. 2. C. strenuus vel. accus. mort.
 fuer. & cum pœna suos debeant tenere authores l. 22. C. de pœn. l.
 38. ff. de R. J. hæres in hanc non substituitur, quippe à quo nec a-
 lias accusatio vivente Reo non mota, incipere potest l. 20. ff. de ac-
 cus. imo vero ex hoc silentio, per vitam privilegiati continuato,
 remissio juris revocandi à Principe facta præsumitur arg. l. 7. C. de
 rev. donat. Rosenth. d. tr. c. 10. concl. 41. n. 38. seqq. Brunn. ad l. f. C.
 derrev. donat. n. 8. B. Lauterb. in diff. de transit actionum Th. 35.

Objectum Revocatio-

T H E S. XVI.

Quod vero porro attinet objectum nostræ revocationis, nisi consti-
 præsupponendum est ejusmodi privilegium, quod efficaciter tuunt pri-
 concessum, ipsi privilegiato exemptionem à juris communis te-
 vilegia le-
 nore tribuebat; privatio n. præsupponit habitum: adeoque huc gitimè &
 non pertinent ea privilegia, quæ Juri Divino, & Naturali vel uti-
 litati publicæ directo contraria sunt, nam hæc sunt ipso jure nul-
 quæsita, &
 la nec revocatione indigent, cum subsistentiam nunquam ha-
 quidem
 buerint arg. §. u. J. de f. N. G. & C. l. 7. C. de nat. lib. Propof. in c. de
 proprie sic
 nique 30. diff. 4. Mynf. cent. 4. O. 8. numer. 2. Enenk. d. tr. l. 1. c. 3. dicta pro
 Carpz. J. P. E. p. 4. conf. 9. def. 6. Nec huc pertinent porro ea lubitum re-
 privilegia, quæ actualiter nondum sunt concessa, sed de quibus vocantur
 concedendis saltem declaratio facta fuit: Myl. ab Ehrenbach. idque sive
 in hyparch cap. 3. numer. 94. seqq. (quo casu si in conven-
 tionem res incidat, ex hujus regulis dijudicari debet) Itaque fuerint,
 Privilegia legitime obtenta saltem revocantur, & quidem, prout sub. Clauſ.

K 2

fusius precarii fi-
 venon.

fusiis supra Thes. 4. jam dictum, omnia privilegia *proprie sic dicta*, ex quibus sc. ipsi privilegiato nullum jus acquiritur, quæque ex libera Legislatoris, ad nullam conventionem astricta voluntate, procedunt, revocatione proximis cœ obnoxia sunt, adeo ut Princeps non solum ex causis specialioribus supra memoratis, eadem auferre, sed & ex regulis prudentiæ administraticis pro libitu revocare possit, idque procedit sive privilegium concessum annexam habeat clausulam precarii, auff Wehl gefallen/sive annexam non habeat: utut n. clausula hæc evidenter satis privilegii concessi naturam limitet & in casu cujuscunq; privilegii revocati Principem ab omnī illatæ injuriæ imputacione, liberet, non minus tamen clausula hac non adjecta, ejus potestas, in privilegiis simplicibus & mere gratiosis, quæ sine ullo juris vinculo ex mera munificentia & liberalitate absque ulla receptione compensationis pecuniariæ aut alterius cuiusdam rei, & que libera est, cum natura horum privilegiorum in se quodammodo contineat vim & efficaciam precarii, ita quidem ut subditis eriam ignorantibus atque invitatis sine ullius causa specialioris allegatione auferri queant. c. fin. x. de Reser. P. Ant. de Petra d. tr. de pot. Princ. c. 24. n. 218. Klock. cons. 7. n. 590. add. Menoch. cons. 350. n. 11. Tesmar. in not. ad Grot. l. 2. c. 12. n. 13. vid. supr. d. Thes. 4. & quamvis porro cautelæ loco privilegii quoq; adjici soleat clausula expresse Principi potestatem, concessum privilegium vel penitus revocandi, vel minuendi vel addendi, reservans, ut cum dicitur, *Jedoch behalten wir uns bevor/ Dieselbe zu verändern/ zu vermehyen/ zu vermindern/ zu verbessern oder gar ausszuheben.* Joh. Fr. Leo. in tb. for. Eccles. p. 4. c. 2. n. 137. Besold. in delib. ad l. 1. q. 13. add. Schilt. in Exerc. 1. ff. §. 30. attamen hac clausula licet non adjecta, privilegia simplicia & proprie sic dicta nihilominus revocari posse ex ea, quam supra adduximus ratione patet nam Princeps utroque casu suo utitur jure, proindeque nemini facit injuriam. arg. 1. 13. §. 1. ff. de injur. t. t. C. de don. qua sub mod. Gail. 2. O. 60. numer. 15. Nec dubitandum, posse quoque privilegia simplicia non titulata sine temporis limitatione & sic ex intentione legislatoris in perpetuum concessa vid. Zœf. ad d. r. de tonst. Pr. numer. 19. eodem modo, quocunque tempore re-

vo-

sive potestas revocandi reservata sit
 sive non.

sive perpe-
 tuum sit
 privilegi-
 um sive
 non,

vocari: jus n. positivum, cuius species est privilegium, seu constitutio singularis, licite immutatur, etiam si annexam habeat clausulam legis perpetua; nam Legislator eo ipso subditis contra se jus non tribuit, sibi vero hanc legem frustra dicit, arg. 1. 51.
inf. ff. de Rec. arbitr. l. 13. §. 4. ff. ad Sct. Treb. l. 22. ff. de Leg. 3. add. i. five datum
C. de secund. nupt. Arnise. de Jur. Maj. c. 7. n. 2. Grot. de J. B. & sub clausu-
P. l. 2. c. 14. §. 9. B. Lauterb. in Coll. Th. pr. t. de LL. Thes. 24. (diff. la non ob-
quoad privilegia perpetua Borcholt. pr. 2. conf. 9. p. 32. inf.) & stante lege,
proin eo in casu quoque illimitata Principis potestas habenda vel privile-
est, si priori privilegio clausulam adjecerit, non obstantibus quibus- gio subse-
cunque juribus vel privilegiis in futurum concedendis. Enenckel. d. tr. quente
l. 2. c. 5. num. 5. seqq. Dn. Hertius in diff. de Clauſ. Leg. ne abrog. pos-
sit, munita per tot. max. fecit. 3. §. 1. seqq. (ubi simul addit, non aliter
privilegia sub ejusmodi clausula data, pro abrogatis habenda es-
se, nisi in posteriori expressa ejus mentio facta fuerit per e. 19. x. de
prescript.) Et cum privilegia & immunitates tacite per con-
suetudinem introductæ, vid. l. 7. C. de excus. mun. l. 1. C. de situm con-
excus. & transl. mil. ann. Recess. Imperii de ann. 1542. §. und
wiewohl in dem jüngsten ibi: altem Gebrauch nach! imitan-
tur Legem arg. l. 32. ff. de LL. parumque intersit, five per
consuetudinem five per Legem & privilegium quis e. g. im-
munitatem naētus sit Klock. d. tr. de contribut. c. 16. sct. 2. nu-
mer. 2. Tabor de metat. & Epid. p. m. 173. Ziegl. de Jur. Maj. l. vel confir-
2. c. 2. §. 2. & 47. ea propter & de his quoque statuendum, quod matum
sicut illex posterior consuetudinem præcedentem abrogare pot-
quoque est, l. 2. C. qua sit long. consuet. l. fin. ff. de const. Princ. Brunn.
ad d. l. Struv. in Evol. ad tit. de Leg. Th. 22. ita quoque privile-
gia posteriora, qua Legis speciem inducunt, posse priora
per consuetudinem introducta tollere: nam nec in his sub-
dito contra Legislatorem jus quæsitum est: Quod si vero &
porro ad naturam confirmationis, quæ hæc est, quod nihil no-
vi tribuat, sed secundum qualitatem dispositionis confirma-
ta intelligi debeat Schrad. de feud. p. 6. c. 3. n. 20. nec extendat a-
Etum ultra id, quod revera gestum est arg. l. 14. C. de donat. int. vir.
C. uxor. Besold. in del. ad d. l. 1. ff. q. 13. late Speidel. in spei-
del. voc. confirmation. minus vero naturam confirmati, etiam si

plenior sit, alteret Brunn. *conf.* 162. n. 95. sed majorem saltem autoritatem & robur, habito respectu ad alios, inducat, Vult. *conf.* 35. n. 101. vol. 3. respiciamus, pariter afferendum esse videtur, quod confirmatio privilegiorum proprius sic dictorum ac simplicium, ad quam Princeps nullo obligationis nexus obstrictus erat, non alteret privilegii confirmati naturam: Cum n. Princeps ejusmodi privilegia, prout haec tenus saepius inculcatum, revocare pro arbitrio (ad normam tamen utilitatis publicae formato) potest, confirmingo quasi de novo eadem dare censetur; per plures alios Mev. *conf.* 102. n. 55. *seqq.* & quidem dare eadem censetur ut pri-
 aut forensi vilegia, non ut iura ex pacto formata, vid. Tesmar, *in not. ad Grot.*
 concessum. *supr. cit. loc. voc. precarii clausula* proindeque confirmatio privile-
 gii contra Principem confirmantem non potest nec debet urgeri,
 post Kloch. *conf.* 19. n. 20. Brunn. *conf.* 167. n. 19. Besold. *supr. cit.*
loc. add. Mev. d. p. 2. dec. 229. *seqq.* D. Hert. *in d. diff. de leg. claus. ne*
abrog. mun. secundum 4. §. 2. & consequenter revocandi potestas in
 confirmatis quoque privilegiis simplicibus ad specialiores cau-
 sas in Principe restricta non erit: Prout idem & obtainere credimus in Privilegiis non subditis & forensibus concessis: utut n.
 plures sint in ea opinione, ut credant, privilegia extraneis & fo-
 renibus concessa, ex ea ratione quod in extraneum privilegium
 non nisi per modum pacti & conventionis transire possit, difficil-
 ius omnimodo revocari posse Decius *conf.* 407. n. 18. Alexand.
conf. 101. n. 4. lib. 1. Boss. *t. de Principe* n. 15. Rauchbar. l. 2. qu. II. n. 8.
 Zoës. *add. t. de conf. Princ.* in fin. attamen, cum & forensibus, sub
 ratione *Theſ. præcedentis*, privilegia mere gratiosa sine ulla obli-
 gationis necessitudine impertiri queant, Besold. *in delib. add. l. 1.*
qu. 13. causa utique nulla subest quare concessum privilegium
 proprius sic dictum subdito quidem ex generali publicæ utilitatis
 ratione, non vero forensi auferri queat, & quare repugnante
 Principe, privilegium immunitatis vel qualecumque illud fuerit,
 in persona subditi non possit durare, bene tamen in persona fo-
 rensis: videatur solide hæc per traçans Tapia in ſope cit. tr. ad l.
fin. ff. de conf. Princ. c. 9. p. 2. n. 57. *seqq.* add. P. Ant. de Petra d. tr.
de pot. Princ. c. 24. n. 224. vid. Reinking. *de R. S. & E.* l. 2. class. 2.
c. 8. n. 26.

THES.

Specialiores vero causas desideramus ut supra th. 5. dictum, Non autem pro revocatione eorum privilegiorum, quæ per modum conventionis ex titulo adjura in re alias transferenda idoneo, constitutuuntur revocare; & quæ propterea, quod vel ex causa lucrativa vel onero-implentam vel implendam concessa sunt, conventionalia, factio- nata, titulata vel improppria dicuntur: Rosenth. de feud. c. 1. concl. improppria. 2. Besold. conf. 91. n. 1. Excell. Dn. Harppr. conf. 57. n. 132. Hæc enim privilegia ita temere vel sub praetextu faltem utilitatis publicæ apparente revocari non possunt, cum involvant jus subditis contra Principem efficaciter quæsitum, quod pro lubitu, ipsis non consentientibus, potius vero reclamantibus & privilegia sua obtendentibus, adimi non debet; Sixtin. de Regal. l. 2. c. 14. numer. 136. Rauchbar. d. l. 2. q. 11. numer. 76. seqq. Dn. Stryk. de interpr. priv. c. 7. n. 4. seqq. Paëta enim contractus & conventiones præstationis necessitatem & in persona Principis habent. Tabor. de med. & Epid. p. m. 181. Ziegler. d. tr. l. 1. c. 12. §. 12. cum firmitas eorundem ex præscripto Juris Naturalis, quod pacta inviolabiter custodiri cupit, & sua universalitate Principem quoque ligat, descendat, actusque ejusmodi à Principe, non quatali, sed ab eo quasi alio quovis fieri solent, adeoque sive cum subditis sive cum extraneis initi fuerint, eundem efficaciter stringunt, vid. l. 1. §. 1. ff. de offic. Proc. Cœf. l. 15. ff. de publ. l. 1. ff. de pact. l. pen. Cod. de don. int. vir. & uxor. Vasquez. Illustr. controv. l. 2. quest. 5. num. 34. Dan. Otto. de jur. publ. cap. 8. p. m. 240. Grot. de J. B. & P. l. 2. cap. 14. §. 5. pr. & num. 1. Ut proin ni velit injurius videri in subditos, justitiamque quam suorum quoque actuum præsidem agnoscere debet, violare, sua pœnitentia obligationem semel firmiter contractam jusque alteri quæsitum dissolvere non debeat, post P. Ant. de Petra, d. tr. c. 32. q. 3. n. 45. B. Lauterb. in Coll. Th. pr. r. de conf. Prince. th. 50. cum in hoc plenitudine suæ potestatis ne quidem uti possit Bellon. conf. 38. in fin. Cephal. conf. 58. n. 78. Reink de R. S. & E. l. 1. cl. 3. c. 12. Carpz. dec. 87. n. seqq. Maul. de hemag. c. 9. numer. 107. ipsiusque quam maxime intersit pacta servare, cum horum firmitate

te

Herci don
16. Oct. 1691
erat
sigillatio
eum obseq
silidare

te ipsius salus & eminentia nitatur, Pufend. de I. N. G. l. 8. c. 10.
 §. 6. & quoque florescant ipsum inter & subditos commercia,
 quæ penitus disturbarentur, si nociva voluntatis variatione, pa-
 etorum firmitatem enervare pro lubitu posset, post plures alios
 Tap. d. tr. c. 9. p. 2. n. 2. seqq. Mev. p. 7. dec. 143. n. 9. Non solum a
 promiscuam hanc privilegia titulata revocandi licentiam Prin-
 cipi concedenti, sed & ejus Successori non competere arbitra-
 mur, si nempe de eo constet, quod hæc privilegia intuitu officii
 & dignitatis principalis aut exposcentis utilitatis necessitatibus
 que publicæ causa (quod in dubio factum præsumi debet Grot.
 d. tr. l. 2. c. 14. th. 12.) concessa fuerint; hoc casu n. non tam Prin-
 ceps, quam Imperium per Principem negotium gerere videtur,
 indeq; cum imperium non desinat nec Successor quocunq; de-
 dum titulo succedat, id, quod ejus intuitu gestum est, revoca-
 re poterit. Grot. c. l. §. II. numer. 2. Treutl. p. 1. disp. 6. th. 7. & ibi
 Bachov. Klock. de contrib. c. 8. numer. 79. plene Excell. Dn. Pregi-
 zer in disp. de obt. suc. in Republ. thes. 28. seqq. add. Michael. in Cons.
 Chilon. conf. 14. p. 134. Myler. ab Ehrenb. Nomol. Princ. c. 14. nu-
 mer. 5. Quod multo magis in eo Successore quoque statuen-
 dum, qui ut hæres defuncti Principis, ad successionem pervenit,
 quippe hic ob representationem defuncti & jura per hunc in ip-
 sum devoluta ejus quoque facta agnoscere, Greg. Thol. de
 Rep. l. 7. c. 20. p. m. 113. a. Reink. d. tr. de R. S. & E. l. 1. cl. 3.
 cap. 3. B. Lauterb. in Coll. Tb. pr. d. l. de const. Princ. th. 58. & sic
 privilegia quoque firmiter concessa, nec in perniciem Reipubli-
 ca vergentia (alias enim contractus iste jam ab initio in extensi-
 one ad istum casum injustus & illicitus esse sensus fuisset, & sic
 non tam revocatione, quam declaracione, quod non ultra ob-
 liget, opus haberet Grot. d. l. 2. cap. 14. n. II.) sancte custodire
 debet. Bodin. l. 1. de Republ. c 8 in fin. post plures alios Ziegler.
 d. tr. de Jur. Maj. l. 1. c. 12. §. 14. add. Houtain. in Pol. contr. Gener.
 Not. ad §. 26. p. 61. & ad §. 65 p. 147. Ex quibus fundamen-
 ti loco ita positis, breviter deducimus, Principis arbitriae
 dispositioni non subjacere ea privilegia, quæ primitus quidem
 liberaliter concessa, postmodum vero irrevocabilia per pacta &
 conventiones effecta sunt: Quo fulcro innituntur privilegia,
 &

Hinc non
 revocantur
 tam libere
 privilegia
 pacto irre-
 vocabilia

& immunitates Electoribus, Principibus, reliquisque Statibus facta e. g.
 nostri Imperi Romano Germanici per Auream Bullam, Capitu- per Leges
 lationes Imperatorias, Pacificationes aliasque sanctiones publi- fundamen
 cas, concessa & mutua conventione stabilita. Aur. Bull. c. 11. tales, pro-
 Ord. Cam. p. 2. t. 30. & 31. Capitul. Leopold. art. 3. & ibi Mauriti-missiones
 us in princ. Buxtorff. in diss. ad Aur. Bur. concl. 7. add. Textor. in statibus &
 Jur. Publ. Ces. c. 7. n. 13. seqq. Besold. in del. add. 1. 1. ff. q. 13. Et subditis fa-
 in genere ejusmodi pactorum sanctimonia animantur omnes etas.
 leges fundamentales, quae conne^tunt partes Reipublicæ, &
 quibus sine piaculo derogari non potest. Bechmann. in diss. de jur.
 subdit. circa sacra. cap. 2. §. 8. Ut pro in dubium sit astringi Prin-
 cipem ad constantem observationem privilegiorum, quorum
 durationem interposito pacto sub initium Gubernationis, wann
 Er ins Regiment tritt / Proceribus, denen Land = Ständen / pro-
 misit. Brunn. conf. 1. n. 101. prout & eodem obligationis nexu sub-
 ditis deinvētus existit, si his pariter dictimodo, quod privilegia
 ipsis concessa revocare vel diminuere non velit, sancte promise-
 rit. Ant. Gabr. de jur. quæf. non toll. concl. 5. n. 10. late Maul. de ho-
 mag. c. 1. n. 11. seqq. Dn. à Seckendorff. Deutscher Fürsten = Staat.
 p. 2. c. 4. n. 2. ubi: Ein Lands-Herr muß gewissens halber und bey der
 Verantwortung / die einsten der höchste Gott von ihm fordern
 wird / auch äußerlicher verbindlicher Schuldigkeit wegen in acht
 nehmen / entweder daß Er oder seine Vorfahren es also versprochen
 und zugesagt / oder dem alten Herkommen also gemäß ist: add.
 Bechmann. cit. diss. c. 2. §. 13. (ubi docet, quod Princeps subditis
 ea promittere possit, quæ ad imperii rationem pertinent, ad quæ
 sine promissio non teneretur.) Quod tamen eo extendendum
 non est, ac si nullo plane casu Principi potestas relicta esset,
 ejusmodi privilegia per promissionem sc. firmata revocandi;
 nam haec promissio, quod sc. privilegia & jura subditorum sar-
 ta teatque velit conservare, id saltem involvit, quod Princeps
 nihil velit violenter & de facto contra privilegia tentare, non
 vero quod existente scil. causa ad revocandum privilegium ha-
 bili, non velit contra subditos jure experiri potest Cavarr. Maul.
 cit. loc. numer. 15. Brunn. conf. 2. numer. 28. non vero irrevoca-
 bilitatem mox privilegiis inprimi utut pollicitationem annexam

habeant, qua Princeps declarat se defensionem & patrocinium eorum suscepturnum esse, daß Er sie bey solchen Privilegiern und Freyheiten und Begnadigungen wider männlich schützen / schirmen, und handhaben wolle / ex eo, quod hæc saltem respectu aliorum, non loquentis, qui sibi legem à qua recedere nequeat, imponere non censemur, intelligendum veniant, statuit Besold. in delib. cit.

Et hoc pro-
cedit eti-
am si pri-
vilegium per do-
nationem
simplicem
remunerato-
riam
concessum

cedit eti-
am si pri-
vilegium per do-
nationem
simplicem
remunerato-
riam
concessum

habeant, qui per conventionem ex liberali causa factam, qualitera sunt: Hæc enim si non ex inconsulta Principis facilitate processerint, sed modum & rationem habent, & cum salute civitatis consistere queant (alias enim si in signe subesset Reipublica præjudicium juriumque ad eam per-

timentium diminutio, concessio ejusmodi nullius momenti asti-
menda esset, Klock. de contr. c. 16. n. 198. Mästert. illustr. mas. lib. p.
m. 31. add. Brunn. conf. c. 1. n. 90. seqq. Mev. p. 6. dec. ult. n. 5.) aut cum consensu Statuum acquisita fuerint D. Stryk. in diff. de bene-
merit. c. 3. n. 72. liberæ revocationi amplius non subjacent, cum hic titulus ad jus transferendum habilis satis sit: Grot. de jur. B. &
P. l. 2. c. 14. §. 13. & ibi Zieg. Pufend. d. tr. l. 8. c. 10. §. 9. add. Supr.
Thes. i. p. 10. ut proin præsupposita firmitate donationis, per quam immunitas conceditur, hæc non nisi ex justis causis revo-
cari possit, etiam si donatio saltem simplex fuerit; P. Ant. de Pe-
tra d. tr. de pot. Pr. c. 32. dub. 2. n. 38. pag. m. 522. seqq. Roman. conf.
332. n. 22. Tapia d. tr. p. 2. n. 10. multo minus vero id fieri poterit,
si donatio privilegii benemerita, ut causam agnoscat: Hæc enim benemerita, si ta comparata sint, ut naturalem obligationem plena-
nam ad remunerandum in persona ejus, cui factum officiosum exhibitum fuit, inducant, remuneratio, ob ea facta contractui aequiparari l. 25. §. 11. ff. de her. pet. l. 13. & seqq. ff. de cond. indeb. l. 64.
ff. cod. add. l. 27. ff. de donat. Menoch. conf. 2. n. 139. Gacr. d. contl.
comm. l. 3. concl. de non toll. jur. quæs. concl. 7. numer. 2. plene Dn.
Stryk. d. diff. de benemerit. cap. 3. n. 54. seqq. & eandem ad nor-
mam cum his dijudicare fere solet: Zoës. ad t. de conf. Pr. num. 30.
propterea que sicuti contractum Princeps sine justissima causa

dissol-

dissolvere non potest, ita quoque nec privilegia remuneratoria revocandi, promiscuam licentiam habet Tiraquel. ad l. 8. C. de rev. don. verb. donat. largitus n. 80. seqq. Menoch. l. 3. pres. 103. n. 12. late Tapia d. tr. p. 2. c. 9. n. 56. seqq. Brunn. conf. 142. n. 51. Cöpp. l. 1. obs. 101. n. 21. quæ tamen non ad omnia benemerita, ob quæ Legislator motus generaliter privilegium concedit, vid. Enenkel. d. tr. de priv. l. 2. c. 4. n. 56. extendenda sunt, sed de his saltem intelligi debent, quæ in certi alicujus & singularis individui persona conspicua, Principem ex naturali obligatione ad remunerandum impulere, ne alias omnium fere privilegiorum naturam irrevocabilem reddamus: vid. Rauchbar. qu. l. 2. qu. 11 num. 12. Dn. Stryk, cit. diff. c. 3. n. 54. add. Besold, dict. qu. 13. ad l. 1. ff.

Ex his igitur cum pateat privilegia conventionalia ad nutum Concedentis non esse revocabilia, quanto magis ad assentendum erit de iis privilegiis, quæ mediante juramento firmata fuere, utut n. simplicis fidei interpositio per se stringens satis concessio. sit ad inducendam obligationem, & hæc tam exacte adimplendasit acsi jurata fuisset Barschamp, de claus. c. 31. §. 3. n. 70. negavi tamen non potest, accessionem jurisjurandi, ob sanctimoniam Religionis, quæ aperte hic miscetur, arctius firmamentum conciliare: Grot. de I. B. & P. l. 2. cap. 16. s. 16. numer. 5. graviusque Principem peccare, qui dum jura ejusmodi violat simul provocatam in hunc casum divinam, vindictam in se excitat: Maul. d. tr. de Homag. c. 1. n. 11. Pufend. l. 4. c. 2. n. 6. add. Uffelmann. de homag. Thes. 105. Hicque effectus non solum solennibus juratis promissionibus sed & his quæ injurata, vim tamen juramenti ex moribus habent, tribuendus: Quod si n. Princeps vel in alia illustri dignitate posita persona privilegiorum conservationem sub fide sua promittit, wann ein Fürst / Graf oder von Adel bey seinem Fürstlichen / Gräflichen Adelichen Ehren Treu- und Glauben / auch bey dem Wort der Wahrheit zusaget und verpflichtet / alles und jedes so z. e. der Verschreibung einverleibet / stet / fest / und ohnverbrüchlich zu halten / zu erfolgen und dem zu geleben / als wenn solches mit einem leiblichen Kyd geschwöhren: hanc pro-

missionem vim juramenti realiter præstiti habere, unanimi Do-
ctorum suffragio stabilitur arnold. Reiger in suo *Theſ. Jur. Lit. P.*
verbo Promissio n. 744. §. bæ clausula Mathæ. Coler. in Proc. Exe-
cut. p. 1. c. 10. num. 251. Mynſ. cent. 1. Obs. 17. post plures alios Dn.
Stryck. in diff. de priv. interp. c. 2. n. 15. utut a. difficultius hæc jura-
ta privilegia tollantur Tapia d. ſep. loc. c. 2. n. 4. Barschamp. d. tr.
de claus. c. 5. n. 59. attamen & hæc ubi vel ab initio provifionis pub-
licæ perquam inimica erant, vel ex post facto insigniter ländant
rempublicam annullari vel revocari poſſe statuendum eſt: Grot.
d. tr. I. 2. c. 13. §. 20. n. 3. Speidel. in ſpec. voc. privilegien: Porro vero
cum juxta ea, quæ ſub initium hujus theſis adducta fuere, ſucceſ-
ſor quoque ad obſervationem privilegiorum titulatorum, ob-
ſtrictus eſt, evidenter ſatis ſequitur, quod hujus conſirmatio ad
roboranda eadem plane non deſideretur. Maurit. de Jud. Roth-
will. c. 3. Theſ. 3. Ziegler. d. tr. de Jur. Maj. I. 1. c. 12. §. 14. Quod ſi
vero & idem vi conventionis ad conſirmationem tenetur aut
ſua ſponte privilegia, jam ante firmiter acquisita conſirmaverit,
ſine dubio conſirmata ejusmodi privilegia arbitriae revocatio-
ni non ſubjacebunt; Parique firmitate ea gaudere privilegia cre-
dimus quæ legitimate per præscriptionem quæſita, privilegiato-

nec confir-
mata

nec
præscripta.

Crav. conf. 10. numer. II. Rolan. conf. 66. n. 40. ſeqq. 1. 2. ſicque &
privilegiis robur addit Brunn. conf. 142. n. 48. vid. Supr. Theſ. 5. de
tempore v. ad præscriptionem hanc neceſſario, ut & ejus cum
conſuetudine diſſertat vid. Tabor. d. tr. de met. p. 173. ſeqq.

nec jura in-
de quæſita

Ziegler. cit. tr. I. 2. c. 2. §. 2. & 52. Ex quibus omnibus faci-
li negotio de firmitate omnium privilegiorum, per quæ in pri-
vilegiatum jus translatum fuit, judicare quis poterit: ut puta
ſi e. gr. mediante privilegio feudi confeſſio facta, aut dominium
translatum aut effectus & jus ex privilegio quæſitum fuit:
Ant. Gabriel t. de jur. queſ. non toll. concl. 7. n. 3. Tapia d. tr. c. 9. p.
2. numer. 56. ſeqq. & poſt cum Besold. in d. qu. 13. ad 1. 1. ff. An
vero privilegia Ecclesiis, Clericis, Academicis & in genere
intuitu piax cauſa confeſſa, firmiori, quam privilegia alia
proprieſic diēta, innitantur fundamento, de eo vid. P. Ant. de

Petra

Petra c. 24. n. 23r. seqq. Rip. Rep. 12. n. 8. Tiraquell. de priv. piae caus. priv. 19. Car. Tap. cit. loc. n. 66. seqq. Brunn. cons. 142. n. 50. add. Fritsch. tr. de Srip. & Stipend. c. 10. n. 15. seqq. Quamvis verò privilegia titulata & in proprie sic dicta juxta haec tenus deduceta, ex qualicunque utilitatis praetextu non possint revocari, id tamen ex specialioribus supra memoratis causis fieri posse, sapius jam indicavimus: add. Maul. supr. cit. loc. n. 15. Befold. d. qu. 13.

T H E S. XVIII.

Differit verò nostra hæc privilegiorum revocatio, ab aliis Forma Re-jurium acquisitorum revocationibus & ablationibus, quæ sub voc. privil. famoso titulo *Renuntionum, Reductionum, Revisionum à Principibus jure vel injuria suscipi solent, in eo, quod justitio non refragante, Principis voluntas vel privilegii concessioni jam innixa & ex ejus natura præsumpta, aut factio privilegiari aque causa occasionem suppeditante, non cupit, ut quondam privilegiatus à juris communis obligatione exemptus sit, juribusque privilegio alias annexis gaudere possit, potius verò vult, ut ad instar reliquorum Civium Legibus universalibus observantiam præstet, nec si bi quicquam peculiariter attribuat; in quo simul & finis nostræ Revocationis consistit.*

Finis.

T H E S. XIX.

Quod effectum attinet Revocationis privilegiorum, de quo paucis saltem hac vice agere licet, is in eo consistit, ut antea privilegiatus ad Jus commune rursus redigatur l. 8. l. 41. §. fin. ff. de cap. 3 post. adeoque careat illis ipsis juribus, quæ usui concessi privilegii connexa erant; idque pro diversitate causæ ob quam revocatio facta, & intentione Revocantis vel in perpetuum vel ad tempus, vel in totum vel pro parte: Sequitur vero hic effectus eam Revocationem, quæ pro objecto habet privilegia proprie sic dicta, immediate, ita quidem ut Princeps, qui concedendo hæc privilegia fungatur munere mere Legislatorio, nec ullum ius in privilegium transferat, revocando quoque eadem id saltem agat, quod proprium ipsius est, & unde subditis injuria nulla imminet, sive & iis invitis & ignorantibus fieri potest. vid. supr. th. 4. propterea que nulla hoc c- an sententia opus?

L. 3

fin

desiderabitur sententia declaratoria, cum hic subsit actus non judicialis, sed mere legislatorius. *Felin. in v. Rudolphus. n. 38.* 4. *limit.* *Tiraqu. adl. 8.* *C. de rev. donat. vers. revertatur. n. 401.* Quod ipsum in privilegiis maxime generalibus evidenter satis conspi-ciendum semet offert. vid. l. 19. *C. de decur. junct. l. 28. l. 37.* & l. fin. *C. eod.* Quod vero privilegia improprie sic dicta, titulata scil. concernit, hæc pro ratione causæ, ex qua fit revocatio vel mox ipso jure pereunt, vel voluntate Principis expressæ semet determinante, ipso jure finiuntur privilegia, prout & alia jura per contractus quæ sita, si voluntas Principis privilegium vel ad certum tempus, conditionem, aut sub certa qualitate, aut certam ob causam, & sub tacita quasi conditione, si modo privilegiatus utili velit, concessit, casusque contrarius nunc extet, in quo Princeps ex ipsius concessi privilegii natura, privilegium pro revoca-to haberi cupit: Posterior desideratur in revocatione privilegio-rum ob necessitatem publicam, vel ob delictum, ob quod eadem adimi possunt, instituenda. vid. *Tap. cit. sep. loc. p. 2. c. 7. n. 16.* Cum verò utroq; in casu agatur de jure privilegiati finiendo auferen-do, ea propter rationi omnibusque juribus conformis satis est, non posse Principem, maxime si ad statum nostræ Republicæ Rom. Germanicæ, in qua subditi in usu privilegiorum contra turbantem Principem quoque, mandatis S. C. defenduntur. *Mindan. d. proc. l. 2. c. 13. num. 9. respicias* subdito prius non ci-tato & auditio privilegia concessa adimere *Dec. conf. 498. in fin. Ar-gentinens. 2. conf. 57. n. 16.* imo si subditus huic facto Principis contradicat injuria inquit sibi fieri conqueratur, Principis, hone-statem amantis omnemque sinistram suspicionem declinantis officium erit, non partis & judicis officio simul fungi, sed potius ordinario judici desuper libere cognoscendi & determinandi fa-cultatem tribuere, l. 1. & 2. *C. si advers. fisca. t. 1. C. ubi caus. fiscal.* *Decius in c. cum venissent. x. de judic. n. 34.* late *Enenkel. dict. tr. de priv. l. 1. c. 7. n. 26.* *Dn. Stryk. in diff. de priv. interpr. c. 2. n. 11.* & 12. utque adeo hic libelli oblatione, litis contestatione, & probatio-ne opus, & exceptio quoque admittenda, nec quasi possessio pri-vilegii interea temporis, nisi extrema necessitas aliud suadeat, au-ferenda sit *Cothmann. l. 1. conf. II. num. 190.* *Klock. de contr. c. 18.*


n. 26.

n. 26. seqq. Mev. p. 7. dec. 144. num. 4. proinde utut ipso quoque jure amittantur privilegia & pro revocatis habeantur, sententia tamen declaratoria in modo dicto casu opus erit. Tapia. cit. tr. p. 2. c. 7. n. 16. add. Rosenthal. de feud. n. 10. concl. 41. num. 44. seqq. In casu tamen eo, quod ob delictum revocatio instituitur, sententia magis rescissoria videtur per c. *privilegium. caus. II. qu. 3.* Tiraquel. cit. loc. numer. 152. add. Donell. comm. jur. civil. l. 14. cap. 29. pr. & vers. seqq. Quis vero Judex sit tum quando inter Imperatorem & Status de privilegiis lis est, de eo vid. post Rauchbar. p. 2. *quæst.* II. n. 3. Besold. d. qu. 13. addl. 1.

T H E S. XX.

Ad contraria vero illud pertinere putamus, quod scil. privilegia proprie sic dicta, si iis accedat aut conventio vel præscriptio (de qua, quomodo procedat, videri potest Enenkel d. rr. l. I. c. 4. n. 24. seqq. Brunn. conf. 42. num. 48. Tabor. de metar. & Epid. p. 173. seq.) non amplius arbitraria revocationi obnoxia sint, nam assumunt tunc naturam privilegiorum titulatorum: sic si Princeps delicti veniam indulget pœnamque remittat, & privilegia quoque recuperantur, quæ ob delictum amissa fuere vel amittenda erant. Tapia d. tr. in rubr. c. 3. seqq. Sic suo modo huc pertinebit Mors tum concedentis, tum privilegiati: vid. *sap. th. 14. & 15.* nec minus Præscriptio actionis, quæ ad revocandum privilegium competere potest. Ad Affinia referri possunt Revocatio feudi, Revocatio donationis, Reuniones, Reductiones rerum, quæ ad Rem publicam olim pertinebant, similiaque negotia. Quæ tamen ex tam diffusa materia strictim fere delibasse pro instituti ratione sufficiat.





DISSE
RTATI
O
INAUGURALIS
SCHARFFII
DE HIS QUÆ JURIBUS AC PRIVI-
LEGIIS FISCI PERPERAM AC-
CENSENTUR.

CAP. I.

Generalia quædam de Fisco & præcipuæ quibus
Jus Fisci competat exhibens.

S U M M A R I A.

- | | | |
|--|--|---|
| <p>§. I. <i>Ingressus.</i></p> <p><i>Synonymia Fisci.</i></p> <p><i>Ejusdem definitio.</i></p> <p><i>Ærarium & Fiscus hodie vix §. III.</i></p> <p><i>Fiscus nomine Camere venit.</i></p> | <p><i>Vix omnes jurium Fiscalium</i></p> <p><i>partes quibusunque Regionum dominis competunt.</i></p> <p><i>Civitatibus Imperii jus Fisci afferitur.</i></p> <p>§. II. <i>Quis nam habeat Fiscum.</i></p> <p><i>An omnibus Imperii Statibus jus Fisci competit.</i></p> <p><i>Hodie singuli Principes Imperii proprium fiscum habent.</i></p> | <p>§. IV. <i>Immediati Nobiles Imperii</i></p> <p><i>essentiali Status qualitate determinati.</i></p> <p><i>A Statibus Imperii distinguuntur.</i></p> <p><i>Nonnulli Superioritatem Territorialem ijs tribuunt, quidam negant.</i></p> <p><i>Multe</i></p> |
|--|--|---|

- Multi eorum jur. Fisci gau- §. VIII. Notantur nimium Fisci
dent. faventes.
§. V. Mediati Nobiles jure Fisci
destituti. Tiberius & Constantinus priva-
A Regalibus ad jus Fisci prave- torum utilitates Fisci com-
concluditur. modo preferunt.
§. VI. Idem de Civitatibus Munici- Philippus II. Hispaniarum Rex
palibus statutur. in dubio contra fiscum pro-
A mero Imperio adjus Fisci con- nunciari vult.
argumentum inane.
Respondetur ad Recess. Imper de
anno 1577. §. IX. L. 2. S. 18. C. de Vet. Jur. Encl.
Fisci jure privatrorum regulariter applicatur Fisci Patronis.
utitur.
Singulare jura & prerogativa
sine lege vel consuetudine ipsi
denegantur.

§. I.

DE iis quæ male accensentur Juribus & Privilegiis Fi-
sci, pro virili acturus, circa vocum explicationem
ut primò sim multis sollicitus, non operæ pretium
esse arbitror, cum quid per Jura, quid per Privilegia,
quidve per Fiscum intelligam, quam variæ quoque
horum verborum acceptiones sint, non facile ali-
quem latere possit, cum Doctores illud passim abunde doceant:
Quare cum accurrior, verborum, quæ luce sua radiant, anato-
mia, curiositatem nimis magis vanam, quam proficiam sapiat,
judicante B. Dn. Stryckio Diss. de Civitat. Ob. erat. cap. I. num. 1. mis-
sis reliquis, statim quid per Fiscum, de quo professa opera agen-
dum est, velim, saltem paucis indicare libet: Nimirum Fiscus
hic mihi non Administratorem vel Advocatum Fisci notat, quo
sensu Fiscus status controversiam movere, 1. 7. ff. de jure Fisci bona
distrahere, 1. 36. d. 1. & contra Fiscum sententiam ferri dicitur.
L. Non puto. 10. ff. de jur. Fisc. Nec omne id quod ad rem Principis
spectat, ejusque privatum patrimonium est, hoc loco significat,
quo sensu in 1. omnium. 6. Cod. Theodos. de jur. Fisc. sumitur, & Res
Dominica, item Sacrum Dominum dicitur: in 1. ult. Cod. Theo-
dos.

M

diss.

dos. dict. tit. & in Rubric. & tot. tit. Cod. Nerei Dominicæ vel templor.
 vindic. tempor prescript. summov. & l. Si qua 15. Cod. Theodif. eod. tit.
 I. ult. C. de Fund. & Saltibus Rei Domin. cui Principis patrimonio
 Comes rerum privataram præerat. vid. Hahn. ad Wesenb. Tit. de
 offic. Procur. Cœs. Multo minus pro loco hic accipitur sive Area pub-
 liea, quæ pecuniam ad usus publicos destinatam continet, quo
 sensu in l. un. verb. premium partis tantum in Fiscum redigatur. C. de
 Vendit. rer. Fiscal. l. 1. princ. & L. Divus 31. ff. de Jür. Fisc. sumi vide-
 tur, sed Fiscus in præsentiarum juxta definitionem B. Dn. Lau-
 terbachii in coll. Theor. præci. tit. de jure Fisci §. 4. est Patrimonium
 Reipublicæ, comprehensens omnes res, omniaque ejus jura, ad pecuniale
 ejus commodum pertinentia, utilitatibus & necessitatibus publicis inser-
 viens: Ararium quoque dici solet, nam licet hoc proprie & pri-
 mogeneè populi ac Reipublicæ, Fiscus vero principis esse, cen-
 seatur, juxta Cujac ad proœm. Tit. de jure Fisci. l. 10. Cod. Revard. 4.
 var. cap. 4. Coraf. 6. Mischell. cap. 19. idque ex verbis Plinii in Paneg.
 ad Trojanum cognosci, non male autument, cum ait: At fortasse
 non eadem severitate Fiscum, qua Ararium cobibes? imo tanto maiore,
 quanto plus tibi licere detuo, quam de publico credis: quorsum & locus
 Taciti pertinet, quando lib. 5. Annal. dicit: Bona Sejani ablata arar-
 iu ut in Fiscum cogerentur: eoque modo Elius Spartianus in Ha-
 driano ait: damnatorum bona in Fiscum privatum redigi vetuit, omni
 summa in arario publico recepta: negari tamen nequit, hanc Fisci,
 Arariuque differentiam, quod hoc populi, ille vero Principis sit,
 sola temporis distinzione conciliari posse, ut optimè ostendit
 Martin. Naurath. ad Hippol. à Collib. de Increment. Urb. cap. 20. lit.
 a indeque factum est, ut postquam Monarchia Principum Ro-
 manorum stabilita satis firmataque fuerat, sicque jura Principis
 & Reipubl. confusa, Ararium & Fiscus unum idemque esse coe-
 perint, interque haec ipsa, jure Civili nihil diversitatis amplius
 superfit; vid. l. fin. C. de Bon. vacant. §. fin. Inst. de Uſu cap. L. Edicto
 13. princ. L. Senatus 15. § 3. ff. de jur. fisc. l. 3. Cod. de Alluv. l. 10. Cod. de
 Bon. proscript. l. 8. Cod. quor. appell. non recip. Paurmeister de Juris-
 dict. Imper. Rom. lib. 2. c. 4. n. 118. Wissenbach. Vol. 2. Exerc. 39. tb. r.
 seqq. B. Dn. Stryk. de Success. ab intest. diff. 5. c. 1. §. 5. Henr. VII. Im-
 perator in Conſtit. Quis sint rebelles, in fin. & Frider. I. in cap. un. §. si-
 quis

quis vero de Pace tenend. Fiscum suum voce Cameræ designant, eodemque modo in terminis pœnæ pecuniariæ nuncupatur a Friderico III. in Constit. de Anno 1442. §. item Wann dieselbe &c sed in Pandectis, Codice, Institutionibus, & Novellis nullam Cameræ mentionem fieri, bene observat Sixtinus de Regalib. l. 2. c. 8. n. 47.

§. II.

Quoniam autem Fiscum Patrimonium Reipublicæ esse dixi, facile inde sequitur, neminem propriæ Fiscum habere, nisi qui clavum Reipublicæ tenet, & caput ejus est. vid. cap. un Quæ sint Regalia 2. Feud. 56. M. Anton. Peregrin. de jur. & priv. Fisc. l. 1. c. 1. n. 4. & c. 2. per tot. Martin. Naurath. ad Hippol. à Collib. de increm. urb. c. 20. lit. a in fin. Quare cum de Imperatore nostro dubitare nefas sit, vid. rot. tit. Cod. & ss. de jur. Fisc. & dist. text. 2. Feud. 56. Aur. Bull. Tit. 24. §. 2. ibi: Unseren Fisco & Capitul. Joseph. artic. 26. verb. zum Kaiserlichen Fisco &c. saltem de Imperii nostri Regionum Dominis, Electoribus nempe, Principibus, cæterisque Statibus quæstio moveri potest, An omnibus juri fisci competit? Enimvero cum in Capitulatione Ferdinandi III. artic. 28. Leopoldi artic. 27. & Joseph. art. 26. hæc verba legantur. Chur-Fürsten und Stände so mit dem juribus fisci belehnet/ oder dieselbe sonsten beständig hergebracht zt. & apud Londorpium in A. Publ. Tom. IV. l. 1. cap. 17. membr. 6. §. was fürs Siebende in Triplicis à Ferdinandō II. Imp. Anno 1630. d. 7. Aug. Collegio Electorali Ratisbonæ congregato, exhibitis: einigen Chur-Fürsten und Stand/ welcher des Juris Fisci berechtigt/ & porro: solches aus Kaiserlichen Gnaden etlichen Ständen mitgetheiltes Jus Fisci &c. videri omnino poterat, jus Fisci pro jure statuum privilegiato accipiendum, Superioritati autem Territoriali illud nequit quam esse annexum, proindeque non cuivis Regionis Domino illud competere. Ast quia Principes, Proceresque Imperii de Feudis suis indefinite cum Regalibus investiri solent, nec dubium est, ex horum numero jus quoque Fisci esse, regulam affirmativam cum B. Dn. Joh. Wolffg. Textore in Tract. de jure Publ. Statuum Imper. Tit. 4. num. 271. seqq. adstruendam esse crederem, donec in facto constaret, nec de Regalibus quem esse investitum, nec privilegio vel immemoriali usu jus Fisci quæsivisse. Hinc Mylerus in Tract.

de Print. & Stat. Imp. c. 8. §. 1. Principibus & Statibus Imperii jura
fiscalia in territorio competere, vulgo notum esse scribit: nec male
Ludolf. Hugo træt. *de Statu Regionum Germ.* c. 4. §. II. *jura Fisci*,
ait, Romano jure soli Imperatori competunt, quia in illius solius manu
Respublica erat: at hodie singuli Principes proprium habent Fisicum,
quoniam singuli peculiari alicui Republica præsunt. add. Rosenthal.
de Feud. c. 5. n. 52. & seqq. Klock. *Consil.* 32. n. 56. Stephanus *de Juris-*
dicit. I. 2. part. I. c. 7. membr. 2. n. 1. Notanter autem B. Dn. Cancel-
larius Hertius *de Superiorit. Territor.* §. 40. loquitur: *Jus Fisci mu-*
nificentia Cesarum aliiisque de causis FERME totum ad speciales Respu-
blicas pervenit: nam omnes prouersus & sine exceptione jurium Fis-
calium partes, quas unquam Fisco suo Imperatores tribuerunt,
posse quemcunque Regionis Dominum sibi vindicare, nescio an
defendi queat. vid. infra cap. III. §. 1. & Zieglerus *de jurib. Majest.*
Lib. I. cap. 4. §. 24. B. Dn. Pro-Cancell. Nitsch. *ad Capital. Jo-*
sephi art. 26.

§. III.

Quod de Principibus aliisque Statibus Imperii dixi, idem
quoque ad Civitates Imperiales pertinere censeo: quanquam e-
nim non desint, qui ipsum jus Territorii Civitatibus Imperiali-
bus in dubium vocant, imo prouersus negant, vel sola tamen expe-
rientialia illud comprobant, firmatque Instrumentum Pacis Cæsareo
Svecicum artic. 8. §. tam in *universalibus*. ubi in specie jura & privi-
legia confiscandi liberis Imperii Civitatibus confirmantur, ut
proinde jus Fisci ipsis tribuere multo minus dubitem. add. Ci-
vitatum Imperialium faventissimus Advocatus Knipschild. *de*
Civitat. Imper. lib. 2. cap. 15. n. 1. Reinking. *de Regim. Sec. & Eccles.*
lib. I. class. 4. c. 24. Mevius *ad jus Lubec.* part. 2. tit. 2. artie. 4. n. 54.
seqq. Harprecht *Vol. 4. Cons. Tbing.* 62. n. 65.

§. IV.

Sed de Immediatis Imperii Nobilibus magis dubitari pot-
est, quoniam certum est, quod sub aliis Regionum Dominis, qui
Status Imperii sunt, non comprehendantur, dum essentiali Sta-
tus qualitate, quæ juxta Ludolf. Hugon. *de Statu Region. German.*
in jure Sessionis & Suffragii in Comitiis consistit, sunt destituti,
indeque regulariter quoties Nobilitatis immediata, ceu egregii
corpo-

corporis ad Imperii decus ad robur pertinentis, in Constitutionibus Imperii mentio fit, à Statibus Imperii distingui solet. uti professa opera demonstravit B. Dn. Parens, David Jonathan Schafff/Confil. Regiminis Mecklenbur. post fata adhuc sancte mihi venerandus, in *Discurs. inaugur. de jure Fæderum cap. 6. num. 3. & seqq.* vid. *Capitul. Leopold. Artic. 3. 7. 8. 15. 18. 19. 21. 26. 39. it. Instrum. Pac. Art. 5. §. 10. & 11.* quia tamen eximia plane, & fere eadem, quæ Status Imperii in suis territoriis tenent possidentque, jura, & Regalia, vid. *Capitular. Leopold. & Joseph. art. 3. Reichsritterschafft ihre Regalia in suos quoque subditos exercent immediati Nobiles, ut ipsum quoque jus territoriale, sive die hoge Landes-Obrigkeit in dero freyen Reichs-Adelichen Gütern ipsis tribuant Dn. de Lyncker. de Gravam. Extrajud. c. 4. §. 3. n. n. Rumelin. ad A. B. Disserr. 1. thes. 13. Oldenburg. ad Instrum. Pac. Part. 1. discurs. 22. Reinking. de Regin. Sec. & Eccles. Lib. 1. class. 5. c. 3. n. 55. Bidenbach. *Quest. Nob. Qu. 1. num. 11. Joh. Conrad Kreydeman. tr. von des Deutschen Adels-Staat. ic. quest. 4. n. 19. Wurmser. Exerc. 3. quæst. 19. Schöpfer. Synops. jur. priv. tit. de jure Fisc. n. 2. Harprecht. Vol. 4. Cons. Tubing. 60. n. 139. à quibus tamen dissentunt Strauch. diss. Exoter. 4. thes. 22. Ludolff. Hugo de Statu Reg. Germ. Rhetius de jure Statuum circa Sacra cap. 2. num. 17. Besold. disserr. de ordin. Equestr. n. 9. etiam jus Fisci permultos (multi enim ex Nobilibus immediatis communi Libertatis prærogativa contenti, Regalibus destituuntur, Ming. de Superiorit. Territ. th. 48. Sinold. Schütz. Coll. Jur. Publ. Exerc. 6. thes. 10. lit. F) sive ex privilegio & speciali concessione, sive ex præscriptione habere non dubito. B. Dn. Lau-terbach Coll. Theor. Præcl. tit. de jure Fisci §. 5. & disp. de jure Fisci §. 2. & seqq. Horn. jurisprud. Feud. cap. 8. §. 42.**

§. V.

Mediatus Nobiles quantum attinet, res difficultate caret, jus Fisci enim de Regalibus est, cap. un. *Quæ sint Regalia. 2. Feud. 56.* nec nisi ei qui caput Reipublicæ est, competit, ut qui ex subditorum numero sunt, id sibi tribnere non valeant; nec obstat, quod mediati quoque Nobiles in bonis suis, quæ vel allodii vel feudi jure tenent, permulti eximia sœpe jura, imò nonnulla Regalia

M 3

quan-

quandoque habeant, hinc enim ad Jus Fiscine utiquam concludi potest, quoniam uti Privilegiorum, sic Regalium concessio, strictè interpretanda, nec de una specie ad aliam extendenda est: Mev. Part. 6. decif. 152. num. 2. Wehner. in Obs. Pract. voc. Landes-Fürstl. Obrigkeit §. Quod primam opinionem ibi: Cum nec de una spe. crie Regalium ad aliam speciem ejusdem generis extensio fieri queat. indeque Nobiles Landsassios, bona Rūstici sine herede decedentis, si bi vindicare non posse, bene probavit Stryckius de Success. ab intest. Dissert. 5. c. 1. §. 14. & 16.

§. VI.

Atque idem plane de Civitatibus Municipalibus afferendum arbitror, tamen si præclara quoque Privilegia, merumque imperium forte habeant, Jus Fisci tamen ipsis non competere. Conf. Hunnii Encyclop. Jur. Part. 3. tit. 13. c. 5. n. 51. Mev. P. 4. dec. 66. P. 3. dec. 392. n. 2. P. 5. decif. 379. n. 6. Equidem si autoritates Dd. hic numerandæ, non ponderandæ essent, hæc obſetvante B. Dn. Stryckio dict. tract. §. 10. Regula constituenda foret, quod omnis Civitas, quæ merum Imperium habet, jure Fisci gaudeat, uti videre est ap. Richter. Tract. de Success. ab intest. Sect. 5. num. 3. Heig. ad Tit. Inst. de Bonor. poss. n. 58. Klock. de Ærario lib. 2. c. 136. n. 18. Sixtin. de Regal. cap. II. num. 37. Wesemb. in Parat ff. in quibus causis pign. tac. contrab. n. 5. post Hostiens. Oldradus Consil. 75. Sed prout falsitatem Regulæ, quæ juri foroque Saxonico originem suam debet, laudatus Juris-Consultus ostendit, vid. quoque prolixè Cothman. V. 2. Resp. 55. n. 44. ita certo omnino certius est, à mero imperio, adjura fiscalia, male argumentationem fieri: Merum enim Imperium ad Jurisdictionalia, Jus Fisci ad Regalia pertinet, illud Magistratus, hoc Principis esse solet. Mev. P. 3 decif. 101. n. 11. P. 6. dec. 252. Klock. V. 1. Consil. 9. n. 77. seqq. Tornov. de Feudis Mecklenburg. Part. 2. c. 5. Sect. 2. §. 4. p. m. 213. Horn. all. §. 42. pag. m. 22. Lyncker. Resp. 94. n. 4. 5. Hinc Mev. P. 5. decif. 332. n. 16. quod ex mero Imperio obtendatur Jus Fisci, id aliquibus in locis errore magis, quam ratione invaluisse, auctor est. Nec impedit quod in delictis, quorum coercitio ad magistratum pertinent, qui merum imperium habet, confiscatio bonorum quandoque locum habeat: inde enim non sequitur, ipsum judicem

vel

vel Magistratum bona sibi vindicare posse, quoniam Fisco illa bona applicari Leges volunt, quo ergo jure Magistratus illa prætendet, qui Fisci jure destitutus est? Non me latet Recessu Imperii de Anno 1577. Tit. 18. §. 2. disponi, quod bona eorum qui Monopolia exercuerunt, Fisco Magistratus qui merum imperium haberet, vindicari possint, verb. der. Obrigkeit jegliches Orts / so peinliche Straße der End's hat: verum verba de Magistratu Principe, quique alias suo jure Regalium capax est, accipienda sunt, uti monet Rhet. Inst. Jur. Publ. Lib. 2. Tit. 21. §. 2. Sed etsi vel maximè merum Imperium confiscationem bonorum in casibus lege expressis contineret, possetque adeo iudex Jurisdictione criminali præditus, v. g. reorum lassa Majestatis, vel Monopolarum bona sibi vindicare, quomodo tamen inde, tanquam ab aliqua Juris Fiscalis particula, ad universum Jus Fisci concludi possit, non video, cum parte concessa non statim etiam totum concessionem intelligatur: concessio siquidem limitata limitatum producit effectum. Klock. V. 1. Conf. 29. num. 744.

§. VII.

Quantum nunc naturam Fisci, ejusque conditionem secundum Leges attinet, merito pro conservatione ejus, Summi Imperantes semper fuerunt solliciti, utque incrementa potius, quam decrementa sentiret, jura multa & privilegia tribuerunt: vid. 1. 4. & ult. Cod. quorum appellat non recip. Neque enim audiendi sunt, qui Fiscum in Reipublicâ non necessarium esse ideo dicunt, quod ad Imperantium nurum, ingens pecunia numerus quam cito possit conferri: Nam licet prima vel secunda vice, Gives, ut consulatur instanti necessitatí, facile quid in medium collaturi sint, an tamen eam promptitudinem semper sint Reipublicæ exhibitori, dubitari potest: Et quot quæso repentinae clades quot infortunia contingere possunt, quæ Principem cogunt subditis tributum remittere? itaque & utile & summe necessarium est, fiscum servari, & ne labascat, favores ei & prærogativas concedi. Quemadmodum enim corpus Physicum sine nervis & artibus, sic nec Respublica, quæ civile corpus est, sine pecunia consistere potest, quodque Justinianus in Novella 149. cap. 2. in specie

Specie de Collectis ait, impossibile esse, ut sacris tributis non illatis, alioquin Republica conservetur, in genere ad Fiscum pertinet, impossibile esse, ut Fisco, non existente, Republica consistat. Laudatur à Celso in L. 99. ff. de Legar. 3. antiquorum rusticorum Sententia, *Pecuniam sine peculio fragilem esse*: pecuniam appellantes, quod præsidii causa seponeretur, quo necessitatibus tempore interentur: id si in rusticis obtineret, quid in Principibus? Nam Principis (utor verbis Hyppoliti à Collibus in Principe cap. 33.) inane nomen, contemtui & injuria expositum, nisi ejus æario prægrandem pecuniae vim, ante periculum congestam contineri, omnis generis homines existimant, ut Alfonſus Eſtenſis dicere solebat, quem à pecunia aliisque rebus bene instrūctum putamus, non facile laceſſimus.

Quid non speremus, nummos si posſideamus?

Quisquis habet nummos, ſecura navigat aura.

Neumej. von Steuven. c. 2. n. 3. 6. Et quæſo, quot & quanta illa ſunt, quæ fisci ſumtibus in civitate fieri, refici, comparari, conſervari & expediri oportet? Enimvero ſive Rempublicam in ſe & prout ſibi ſoli reliqua eſt, conſideres, ſive eam ad alias Republicas vel Regna referas, Fisco eget: Confiliariis, Magistratibus, Sacerdotibus, Judicibus, & quibusvis aliis in ministerio publico verſantibus ſalaria conſtituenda ſunt: & fi cum aliis Rebus publicis agendum eſt, quot non ſumtibus opus habet, ut bellum geri, milites ali, Legati mitti atque recipi, fœdera iniri, paēta fieri, commercia firmari poſſint?

§. VIII.

Quam neceſſarium autem & quam laudabile fit Fisci curam habere, utque publicæ augeantur opes, eſſe ſollicitum, tam vituperio dignum eſt, ſi studio huic nimium Imperantes indulgent, & privatorum commodis Fisci ſui utilitates ubique præferant: quoṭ enim inde in cœlum gemitus, quoṭ Subditorum ploratus, quoṭ rebelliones inde & bella civilia fuerint enata, Historia ubique testis eſt. Unde merito hunc nimium in Fiscum affeſtum, quoṭ quoṭ unquam extiterunt boni Principes, quam maximè ſunt detestati. Tiberius Imperator in Novella 161. cap. 2. fatetur, pluris apud ſe aſtimari privatam civium opulentiam, quam publicam Fisci aut ærarii, dum ſic ait: *Ex eo nobis in men-*

rebus

rem venit, quod pluris à nobis sit subditorum opulentia & medela, quam redditus qui exinde inferuntur imperio. Idem de Constantino Constantini M. patre Eutropius l. 10. refert, quod fuerit vir egregius & præstantissimæ civilitatis, divitiis provincialium ac privatorum studens, Fisci commoda non admodum affectans, ducensque melius, publicas opes à privatis haberi, quam intra unum claustrum reservari. Verissimum namque est, quod Justinianus Imperator in Novella 8. princ. ait. *Et imperium & Fiscus abundat, utens subjectis locupletibus.* Quoniam nullæ opes, judice Zieglero de jurib. Majest. l. 2. c. 4. §. 4. aut certiores, aut utiliores sunt, quam quæ sunt in subditorum custodia, hæ sola stabiles, firmæque permanent, quibus Princeps, ubi necessitas exigit, utatur, ac fruatur, cum voluntate ac studio subditorum. Melius enim opes à privatis possidentur, quod apud illos fructum reddant, in arcis vero Principum clausæ, steriles sint & infructuosæ. Georg. Schönborn. *Politic.* l. 4. c. 32. fin. Unde quoque de M. Antonino Philosopho Imperatore, Julius Capitolinus in ejus vita laudat, quod in causis compendii judicans, nunquam Fisco faverit, nec alia mens Hispaniarum Regis Philippi II. fuit, cum enim esset in Villa del Escorial eumque adiret Don Valasco, Consilii supremi & Cameræ Senator, ut in causa, quæ maximè augeret Regale patrimonium, referret, hoc Senatori responsum prudentissimus Rex dedit: *Doctor, semper in cura habe, & renuncia Senatui, in dubio semper contrame judicandum esse:* uti refert Mylerus ab Ehrenbach, *de Princip. & Stat. Imp.* cap. 69. §. 17. Neque alienus ab hac virtute Sacratissimus Justinianus fuit, hinc non saltēm in L. un. §. 14. *Cod. de Caduc. toll.* privatorum utilitates propriæ prætulit, & Fisco suo ultimum demum locum tribuit, sed & in genere suum fecit, quod Javolenus in l. 10 ff. *de jure Fisci* censuit non male agere, qui in dubiis quæstionibus contra Fiscum respondeat: Hoc enim maxime ad Principis gloriam pertinet, aliorum magis, quam suis commodis favere, ut Plinius in Panegyr. de Trajano c. 36. scripsit: *Præcipua tua gloria est, sepius vincitur Fiscus, cuius causa nunquam mala est, nisi sub bono Princeps: & Cassiodorus l. 1. Epist. 22. de Rege Theod.* Fit interdum mala causa Fisci ut bonus Princeps esse videatur, majori compendio perdimus, quam si nobis indebite victoria suffragetur,

Quare omnino mirari licet, quod, qui Cameris Fiscalibus præsunt, id ferè unum agant, ut jura & privilegia Fisci extendant, & ubi ubi occasio fert, Principis utilitates subditorum commodis ante ponant; de quibus jam suo tempore Owenus:

Ut Vifco capiuntur aves (Fiscus quæsi Vifcus
Dicitur) à Fisco sic capiuntur opes.

Et alibi idem:

Influit in Fiscum collecta pecunia: Sicut
Undique flumineas imbibit æquor aquas.

Et nostro xvo Horn, jurisprud. Feud. c. 8. §. 53. ita: *Quod Justinianus alicubi effatus est, naturam semper novas deproperare & edere formas L. 2. §. 18. C. de Vet. Jur. Enucl. illud sane de Patronis Fisci baud immrito sæpe dici potest, multi enim eorum, baud bene partibus suis defungi posse credunt, nisi columnis eorum Provinciae divexentur, atque ipsi novos quotidie excogitent modos, quibus omniaqua subditorum sunt, ad Fiscum trahant. Enim vero privilegia striete accipienda, non extendenda esse, jura manifeste docent: & Fiscum regulariter jure communi, & privatorum, uti consonans Doctorum sententia est per l. 27. ff. de jur. Fisc. l. 6. C. eod. l. 12. ff. de Compensat. l. 25. ff. de Pignor. l. 1. cod. de Cond. & proc. præd. Fisc. l. 3. C. de Fiscal. Usur. l. 3. C. de Rescind. Vend. l. 3. cod. de Quadr. Prescr. l. 2. cod. Ne Fiscus rem quam vend. evinc. l. 20. §. 9. ff. de heredit. petit. l. 1. pr. cod. eod. l. inter eos. §. fin. ff. de Fidejussor. l. 16. §. 2. ff. de his que ut indign. l. 96. §. quoties lege l. ff. de Legat. l. 1. 31. pr. Solut. matrim. Mev. p. 1. Decif. 106. n. 2. & Decif. 107. n. 5. & Part. 8. Dec. 240. n. 4. & Part. 9. Dec. 153. n. 5. & Dec. 155. n. 7. p. 1. Dec. 204. n. 8. p. 4. Dec. 384. n. 2. 3. p. 7. Decif. 223. n. 4. Decif. 224. n. 1. 2. Gail. l. 1. Obs. 20. in fin. M. Wesenbec Conf. 181. numer. 54. Harprecht. Vol. 4. Confil. Tübinger. Confil. 53. n. 69. Lynker. Resp. 40. n. 14. Ipsa quoque boni Principes (uti paragraphe præcedenti ostensum est) ne quid in ipsorum gratiam Juris-consulti judicesve consulunt statuantque, aut subditorum commodis Fiscum præferant, disertè volunt, imo ut contra Fiscum in dubiis quæstionibus responderent, fanciverunt, non video itaque, quomodo nimia illa in extendendis juribus & Privilegiis Fisci facilitas, contra intentionem ipsorum Imperantium, defendi*

di queat : Stat mihi potius, stabitque hæc fixa regula : Non competere Fisco singulari jura & privilegia, nisi quæ vel Lege expresse eidem concessa, vel inveterata consuetudinè acquisita sunt, ubi itaque & lex, & rationabilis pro Fisco consuetudo taceret, male quid Fisco adscribi, sed contra ipsum respondendum esse : Thomas Carlevalius. *tract. de judic. Part. poster. tit. 2. diss. 1. n. 34.* Amatus Dunozetus. *Decis. Rot. & Rom. 748. n. 41.* Harprecht. *V. 5. Conf. Tubing. 71. n. 257.* Romanus *Conf. 185. n. 8.* Klock. *V. 1. Conf. 46. n. 16.* Carpz. *p. 4. Resp. 13. 14.* Lyncker. *Resp. 33. n. 12.* & *Resp. 140. n. 59.* & 70. quæ regula uti analogiæ juris, (quæ jus singulare & Priviliegatum restringi non extendi præcipit) & intentioni bonorum Principum, (qui cum aliorum injuria ditescere non cupiunt) optimi enim principis esse, ob nudum interesse fisci nemini suum detrahere, nec audire eos, qui pro Fisco augendo impia consilia subministrant, monet D. Just Henning. Böhmer. *introduct. ad Jus digestor. tit. de jure fisci. §. 8.* & justitiæ (quæ suum cuique tribuit) præceptis apprimè convenient, ita saniorum Doctorum calculo jam pridem firmata & comprobata est : Vid. Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 12. n. 51. seqq.* Peregrin. *de jur. Fisc. l. 6. tit. 1. n. 2.* Stryck. *de Success. ab Intest. Diff. 4. cap. 1. §. 8.* Dn. de Lyncker. *Resp. 140. n. 59. 70.* Trentacinq. *l. 1. tit. de jure Fisci.* Franc. Marc. *Qu. 38.* Thomas Merckelbach. *ap.* Klock. *Vol. 1. Conf. 22. n. 116.* post Vasquium *Quæst. Illustr. lib. 2. c. 87. n. 13.* Harprecht. *Vol. 4. Conf. Tubing. 53. n. 69.* Voltej. *Conf. Marpurg. 30. n. 272. seqq.* Lyncker. *Resp. 80. n. 8.* Covarruv. *l. 1. Resol. c. 6.* Cravetta. *Conf. 9. n. 38.* Vincent. *de Franchis Dec. Neapolit. 148. n. 2.*

C A P. II.

De iis, Quæ male adscribuntur Fisco ex
Tit. de Acquirendo Rerum Dominio.

S U M M A R I A.

§. I. *Male Fisco indistincte Thesau-
ri adscribuntur.* *Lege tamen vel consuetudine in-
duci hoc potest.*

N 2

Talem

Talem vigere H. Grotius male
afferit.
Theſaurum in ſuis invenientis
intentio jure Civili nititur.
Præjudicia pro hac Sententia al-
legantur.
§. II. Inſulas abſque jure ſibi vindi-
cat Fiftus.
Examinatur Conſtitutio Adol-
phi.
Naffovici.
Fiftus inſulas cum ſingulari de-
cremento vicinorum natas
auferere nequit.
§. III. Alvei & alluviones privatō-
rum ſunt, non Fifti.
Conſirmatur hoc autoritate Me-
vii
Et naturali æquitate.
§. IV. Auri, argenti, Metallorum,
Mineraliumque fodine in-
fundis privatōrum ad Fiftum non pertinent.
Ratione borum nil niſijus proti-
mifos Principi competit.
Reſpondetur diſſentientibus.
Explicatur cap. un. quæ ſint Re-
galia. 2. Feud. 56.

Juris civilis autoritas contra Fi-
ſcum Dd. & præjudiciis ſtabi-
litur.
Reſpondetur ad cap. 9. Aur.
Bull.
§. V. Dominium eminens circa bo-
na Subditorum.
Privatorum bonis ad uſum pub-
licum impensis, ex debito Fiſ-
cum Satisfactionem facere
teneri, contra Hornium &
Conringium afferirur.
Allegatur huic fini præjudicium
ex Zieglero.
§. VI. Gabella detractionis ob emi-
grationem ex moribus va-
lida.
Contra ius Commune eſt, hinc
odiosa.
Conſuetudines juri Communi
contraria & ſtrictè interpretandæ.
Paſtores, Profefſores, Miniftri
Principum ab hac Gabella
immunes.
Præſcribitur ipſi quinquennio.
§. VII. Fifti ius occupandi bona
naufragorum juſtè ablatum.

§. I.

Ex regula jam proposita ſequitur, male Fifti indiſtinctè ad-
ſcribi Thesauros, Inſulas, & reliqua quæ in Tit. Institu-
tionum de Rerum Diuifione & Acquirendo earum dominio, pri-
vatis assignata ſunt: Ut enim de Thesauris primum dicam, liberè
quidem Hugo Grotius de J. B. & P. lib. 2. c. 8. n. 7. ſcribit: Germa-
niae populi Thesauros ut & alia adefforta addixerunt Principi: at-
que

que id nunc jus Commune est, & quasi Gentium: Nam & in Germania, & Gallia, & Anglia, & Hispania, & in Dania id observatur. & Henningius Arniseus in tract. de jur. Majest. l. 3. c. 6. n. 23. asserere audit, hanc consuetudinem, quæ Regibus & Principibus Thesauros ex ase concedit, totum ferè mundum occupasse: Neque ego nego, lege vel consuetudine induci posse, ut pars Thesauri, vel etiam totus Fisco cedat, cum enim bona quadam Principibus debeat, unde dignitatem suam sustinere, & Rempublicam tueri queant, optima ratione ab illis rebus initium sit, quæ nullius esse putantur, quæque sine cuiusquam damno tribui possunt, ex qua causa Theodoricus Gothorum Rex, Thesauros, quounque loco repertos, publico vindicari jussit, sic enim se habent verba apud Cassiodorum in formula Comitivæ rerum privatarum: *Depositivæ quoque pecuniae, quæ longa vetustate competentes dominos amiserunt, inquisitione tua nostris applicantur ærariis, ut qui sua cunctos patimur possidere, aliena nobis debeant libenter offerre.* Sine damno siquidem inventa perdit, qui propria non amittit. ceu refert Caspar. Zieglerus de jur. Majest. lib. 2. c. 20. §. 19. quia tamen in Imperio Romano Germanico nec lex, nec consuetudo generalis doceri potest, qua quod circa Thesauros jure Romano cautum, abrogatum sit, imo quoad præcipuas Germaniæ nostræ provincias, ipsa experientia, optima rerum Magistra, testimonio Hugo Grotii contradicit, ut bene notat Lauterbach. *diss. de Thesauris.* §. 2. non video, quomodo omnem Thesaurum, quem tanquam Dei beneficium, vid. l. un. Cod. de Thesaur. & fortunæ donum, l. 63. §. 1. ff. *de Acquir. rer. domin.* ipsimet Imperatores inventoribus concesserunt, Fisco adscribere liceat? conf. *Novell. Leon.* 51. enim vero thesaurum in suo inveniens fundatam ex jure Civili intentionem habet, quam eò usque merito prosequitur, donec consuetudinem juri Civili contrariam, Fiscus docuerit: Lynker. *Resp. 55. n. 1. 2.* quemadmodum in terminis optimè docent & rerum judicatarum exemplis illustrant Carpzov. *Part. 2. Conf. 53. def. 4. & seqq.* Sixtin. *de Regalibus l. 2. c. 21. num. 1.* ubi juxta juris civilis dispositionem in Materia Thesauri, non saltem in supremo Hassia Dicasterio, sed etiam in Camera Imperiali, ad quam à parte viæ appellatum erat, pronunciatum refert: Lauterb.

terb. Coll. Theor. Præf. tit. de acquir. rer. domin. §. 44. & dicit. diff. §.
 31. Klock. de Ærario Lib. 2. c. 16. n. 7. & 8. Brunn. ad L. unic. Cod de The-
 saur. Richter. P. 2. decis. 99. n. 102. ut taceam, de eo quoque, quod
 de aliis populis præter Germanos H. Grotius & Arnisæus cit. loc.
 scribunt, vel maximè dubitari posse, uti videre est ap. Chassan. in
 Consuet. Burgund. rubr. 1. §. 1. n. 6. Papon. de Arrest. lib. 13. tit. 7. ar-
 rest. 1. & 2. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 17. n. 9. & disp. 56. n. 9.
 Cröneweg. ad §. 39. Inst. de Rer. Divis. Vinnius add. §. 39. in fin. Inter-
 rim notanter dixi, omnem Thesaurum Fisco male attribui: quin
 enim in loco sacro, religioso, vel Fiscali, datâ operâ inventus,
 vel in alio, arte magica quæstitus, Fisco etiamnum hodie cedat,
 non dubito. vid. §. Thesauros. Inst. de Rer. Divis. c. un. 2. Feud. 56. I.
 un. C. de Thesaur. Anton. Diff. Feud. 3. Thef. 8.

§. II.

Quantum Insulas attinet, videri poterat, potiori jure Fisco
 adscribi, cum, sicut ipsa Flumina Publica, ita & Insulas in iis na-
 tas, ad Regalia vulgo referant. Buchner. de jure Aquar. thes. 114.
 Schultz. ad §. 22. Inst. de rer. divis. Myler. de Princip. & Stat. Imp. c.
 66. §. 9. Gryphiand. de Insulis c. 10. & 11. Forster. in process. Camere
 tit. 15. Tilem. de Benign. Vol. 7. num. 31. seqq. hocque de Insulis in
 Rheno, Meurer. tr. vom Wasser-Recht P. 5. f. 102. de Hollandia
 & vicinarum Regionum Insulis H. Grotius de J. B. & P. I. 2. c. 8. n.
 9. de Insulis in Gallia, Christin. Vol. 4. decis. Belg. 86. n. 6. de natis
 in Electoratu Saxonie, Carpzovius P. 3. Conf. 31. def. 13. specia-
 tim asserunt; imo peculiaris ab Adolpho Naslovico ad petitio-
 nem Reinoldi Comitis Geldriæ Anno 1293. in Curia Norinber-
 gensi promulgata Constitutio exstet, qua Insulae non vicinis, sed
 Domino regionis attribuuntur, sic enim verba ejus sonant: *Quod*
si Insula nata est in Rheno vel alio flumine, in Comitatu alicuius Comitis,
qui in ipso flumine recipit telonia, & conductus, habetque Comitatum e-
undem, telonia & conductum ab Imperio, in flumine prædicto, eadem In-
sula potius spectat ad Imperium & ipsum Comitem, quam ad alium Do-
minum, cuius districtus protenditur ad ripam fluminis prælibati. Sed
 quoniam haec constitutio vim legis nunquam accepit, & potius
 leges Civiles, quibus Insula in flumine publico nata, vicinorum
 præ-

prædiorum possessoribus, pro latitudine cuiusque fundi, addicitur, in plerisque Imperii provinciis in viridi usu & observantia permanerunt, uti optime demonstrat Oettingerius *tract. de jure & Controvers. limit. ac fin. reg. I. 2. c. 3. n. 12. seqq.* recte omnino illi statuant, qui Insulas ad Regalia - Fiscumque Principis pertinere negant, donec generalis consuetudo abrogatoria, legibusque Civilibus contraria, legitimè fuerit probata. Prout docent Barolini *conclus. theor. pract. tit. de Acquir. rer. Domini* §. 78. Heigius *part. 2. quæst. ult. n. 136. seqq.* Joh. Baptist. Aym. *de Alluv. p. 1. c. 9. §. 1. n. 5.* Sed, et si legem vel consuetudinem contrariam Fisci Patronus vel maxime ostenderit, si tamen Insulæ cum singulari decremento vicinorum fuerint natæ, nec tunc privatis auferri Fiscoque adscribi poterunt, quoniam cum detimento privatorum, citra eorum culpam, Fiscum locupletari nefas est. Lauterb. *Coll. Theor. pract. c. 1.* Heigius *c. 1.*

§. III.

Quod de Insulis dixi, idem planè de aliis incrementis fluviaticis, Alveis & Alluvionibus, quoque pronunciare non dubito: Quamquam enim & hæc ad jura Fiscalia diserte referant Mylerus *de Princ. Imp. c. 66. §. 7.* Petr. Müller. *Jurisprud. Elem. Disp. 17. th. 3. lit. b.* Sixtin. *de Regal.* aliique: quia tamen & hic vicinorum agrorum possessores fundatam in Jure Civili intentionem habent: §. præterea. 20. & §. quod si naturali 23. *Infl. de Rer. divisi.* & neque lex, neque contraria in universum consuetudo, hactenus auferri potuit, non contra Fiscum non respondendum est: Lauterb. *Coll. Theor. Pr. Tit. de Acquir. Rer. Dom.* §. 31. fin. Schöpffer. *Synops. jur. privat. eod. tit. §. 14. p. m. 586.* Eleganter Celeberrim. Mev. *Part. 7. decis. 301.* loquitur: *Sunt qui hodie id correcium credunt, ideo jus Principum faciunt, & inter Regalia ALLUVIONEM referunt: Sed non sufficit ita dicere, sed oportet probare: Correcio juris non presumitur, sed probatione eget;* Sedamus isti, donec ab eâ discissum esse appareat. *Id quod in Imperio Romano constitutione vel generali consuetudine factum non reperitur.* Aliquis *Electorum vel Principum in Rheno, & aliis circa id singulare, privilegis quibusdam concessum,* argumento est, *jure*

jure Communi rem fecus se habere. Cui sententia eò magis subscribendum est, quò certius est, quòd etiam seposito jure Romano, sola naturalis æquitas, quam omnium rerum rectissimam, arbitram, rectè nuncupat Cothman. Vol. 1. Consil. 22. numer. 5. & Tübingens. ap. Harprecht. Vol. 2. Consil. 23. numer. 271 alterum rerum humanarum vocant fulcrum: talia incrementa privatis addicat, multique dubitent, num contraria consuetudo in foro conscientiæ procedat. Vid. l. 1. l. 2. l. 3. & l. fin. C. de Alluvion. Heigius dicit, quæst. per tot. Brunus Consil. 159. n. fin. lib. 2.

§. IV.

Ad Incrementa quæ terra continet, Auri nempe, Argenti, aliorumque Metallorum Mineraliumque, fodinas, venio, num recte, si in privatorum prædiis fuerint repertæ, (quæ enim in loco publico inveniuntur, citra controversiam ad Fiscum pleno jure pertinent) ad Regalia haec tenus & jura Fisci fuerint relata: Equidem quam plurimi Argentarias, (quo nomine in cap. un. quæ sint Regalia. omnis generis metalli fodinæ intelliguntur) ad solos Principes, Regionumque Dominos, in totum & quoad proprietatem, spectare asserunt. Rethius Inst. jur. publ. lib. 2. Tit. 17. §. 2. Fritsch. Man. Jurispr. Publ. voc. Argentaria. Schweder. Introduct. Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 2. c. 15. §. 12. idemque de Saxonia, de jure alias Civili contrarium docens Hornius Jurisprud. Feud. cap. 9. s. 14. 15. Lyncker. Resp. 9. n. 100. Ast quoniam ex metalli fodinis, quæ in privatorum fundis sunt repertæ, ipsi Cæsares certum saltum canonem Fisco suo assignarunt, reliquam vero fructuum metallicorum partem omnem, fundi domino reliquerunt, vid. l. 3. s. fin. l. 4. ff. de Reb. cor. qui sub tutel. l. 9. §. 2. seqq. Usufr. l. 13. §. 5. eod. l. 32. §. 2. 3. de Usu & Usufr. leg. l. 3. Cod. de Metallar. Lyncker. all. Resp. 9. n. 9. nec in ea quid amplius quam jus protimiseos, vulgo den Silber-Kauff/ reservarunt. l. 1. Cod. de Metallar. quam materiam solide deduxit Consultissimus & juxta. l. 13. C. de Sentent. & Interlocut. summi ingenii Vir, Magnificus Dn. Bernhard. Ludov. Mollenbec. in Dissertat. de Regali Protimiseos Metallicis jure, siue vom Vor-Kauff der Metallen/ sonst Silber-Kauff: non video, quo

quo iure hodie totas fodinas, in privatorum fundis quæ existunt indistinctè Fisco adscribere liceat: Licit enim Carpzov. *de Regal.* th. 6. in *Jurispr. For.* p. 2. *Confl.* 53. *Def.* 1. eumque secutus Struvius *Synt. Jur. Feud.* c. 6. *Aphor.* 26. communem Germaniæ consuetudinem juri Romano in tantum derogasse dicant, ut omne nunc jus fodinarum ad Principes spectet, sicutque in ipsorum arbitrio, an sub onere certi canonis, vel decimarum, fructuum perceptio-
nem, prædiorum dominis permittere, an totam sibi attribuere velint, vid. *Lyncker. cit. l. n. 21.* quoniam tamen hanc consuetudinem, in qua præsidium suum collocant, non esse generalem Sixtinus in *tract. de Regal.* l. 2. c. 16. professa opera demonstravit, idemque ante Sixtinum permulti docuerunt, cui non patet, tu-
tius esse, juris Civilis dispositioni inharrere, & Fisco ex Fodinis il-
lud solum attribuere, quod ipsi Imperatores olim Fisco suo tan-
tum asseruerunt, quamvis illud correctum esse statuere, cum de
correctione nondum constet? Neque obstat quod Fridericus Imperator in *dict. cap. un.* *Quæ sint Regal.* 2. *Feud.* 56. Argentarias simpliciter, absque distinctione inter publicam & privatum fundum, ad Regalia referat, nec decima saltem ex Argentariis debiti mentionem faciat: Et invero distinctione hac adhibita, ad-
huc verum manet, quod Argentaria de Regalibus sint, idque de publico loco simpliciter, in privato autem, respetu decima alteriusve Canonis Fisco debiti, ita se habeat: aliam *all. capit.* ex-
planationem vid ap. *Lyncker. all. Resp.* n. 101. Unde per *dict. cap.* un. Jus Civile Romanum non esse correctum, non saltem JCTi Neapolitani, Itali, Hispani, aliisque Exteri, magno consensu tradunt, imprimis *Afflict. decis.* 321. n. 5. II. & 14. ubi ait, sententiam hanc communiter a Doctoribus esse comprobata, & in quadam controversia in Sacro Neapolitano Concilio, Consiliarios pro hac sententia votasse, licet Fiscales contra senserint. *Boss. Tit. de Metall.* n. 3. *Choppin. de leg.* *And. c. 71. n. 1.* *Chastanæ in Consuet.* *Burgund. Rubr.* I. §. 1. in verb: *Espares.* n. 14. *Rebuff. in L. Inter publi-
ca s. fin. ff. de Verb. Signif.* *Petr. Gregor. in Syntagm.* l. 3. c. 17. *Gazia de Expens.* c. 22. n. 47. *Peregrin. de jure Fisc.* l. 4. tit. 2. n. 11. sed etiam ex Germaniæ Juris Consultis, bene multi nec infimi no-
minis Viri, eandem sententiam defendunt. *Crusius Rumel.* &

O

Limnæ

Limnæ, ad Aur. Bull. c. 9. Borcholt. ad cap. un. quæ sunt Regalia n. 87.
 Henning. Gœden. Conf. 2. n. 10. & Conf. 3. n. 8, & 9. Myns. Conf.
 39. n. 11. seqq. Schneidew. de Feud. Part. 2. n. 104. 105. & 106. & in §.
Constituitur. n. 5. Inſt. de Uſu fr. Schurff. Confil. 26. Cent. 1. Wefenb.
 de Feud. c. 12. n. 5. & Conf. 45. n. 24. & confil. 60. num. 30. & conf. 292.
 Knichen. de Saxon. non provocand. jure c. 5. inverb. Berg- und Salz-
 Werck n. 106. Hartman. lib. 2. tit. 24. Observ. 1. n. 8. Rosenthal. de
 Feud. c. 5. conclus. 88. n. 7. Rauchbar. Quest. 22. n. 51. Part. 1. Carpz.
 p. 2. confil. 53. def. 2. n. 10. & def. 3. n. 3. Lyncker. ſæpius alleg. Refp. 9.
 n. 24. 27. & 28. Jacob. Schultes. in addit. ad Coler. deciſ. 98. n. 16. ubi
 addit, interpres communi suffragio ita statuere. Nec porro
 obstat, quod Carolus IV. in Aurea Bulla c. 9. Eleitoribus singu-
 lari Privilegio concesſerit, ut in universis Principatibus suis, re-
 pertas auri argenteique fodinas, & mineras cuiuscunque generis
 metalli, tenere justè, legitimè possidere possint, cum omnibus ju-
 ribus: quandoquidem verba A. B. ex jure Communi interpreta-
 tionem capiunt, & commodè satis de fodinis in locis publicicis
 repertis, ac de certo reditu (non verò de earundem proprietate)
 Fodinarum, quæ in privatis prædiis sunt inventæ, explicantur,
 cum non verisimile sit, plus juris & Privilegii Imperatorem Ele-
 torali Fisco tribuere voluisse, quam Antefores ipsius Cæſareo
 Fisco vindicarunt.

§. V.

Principem posse, jure Dominii Eminentis, utilitate & ne-
 cessitate publicâ urgente, bona privatis auferre, in que uſum pu-
 blicum impendere, Jcti & Politici ad unum fatentur omnes, sed
 an hoc caſi compensationem procurare teneatur Princeps, ut vel
 integra Republica damnum datum refarcire, vel ipſe ex Fisco
 refundere debeat, controversya non caret: Evidem Joh. Frid.
 Horniūs in Polit. Architekt. 1. 2. c. 4. §. fin. quem & alii sequuntur,
 statuit, æquitatis quidem esse, ut compensatione fiat, sed nullum
 jus Principem ad compensationem adigere: nec alienus ab hac
 sententia ipſe Conringius videtur tract. de Finib. Imp. c. 19. quan-
 do ait: *Utrique in omni societate, etiam maximè civili, quilibet salutis
 publicæ*

publicæ est obstrictus, & re corpore. Sicut quidem acceptum damnum
Respublica si potest, at magis in præmium, quam ex debito: itaque, si non
potest, necessum est, ut pars queque ferat, quod mutari non potest, ob reli-
qui corporis salutem. Sed pace horum Virorum ausim dicere, non
æquitatem saltem, sed & jus adigere Principem, ut si aliunde non
potest & contributione eorum qui commodum senserunt, ex Fisco
satisfactionem pretiique refusionem procuret, hancque com-
pensationem ex Fisco non in præmium, sed ex debito fieri:
quemadmodum præter alias statuunt Koppen, decif. 36. num. 19.
Speckhan. cent. 1. quæst. 12. in fin. Garsia de Mastrillis decif. 280. n.
20. & seqq. Lyncker. Resp. 40. n. 19. Reinking. Biblische Policeys
c. 2. axiom. 112. ibi: daß solches ex publico zu erstatten / weil es die na-
turliche Vernunft und Willigkeit giebet / daß wer einen Nutzen von
einem Dinge zu gewarten / auch billig den Schaden mit trage. &
Zieglerus de jurib. Majest. I. 1. c. 4. §. 14. 15. & 16. ubi JCtos Witten-
bergenses non saltem mens. Octob. an Jacob Scherbeln/ Bür-
germeister zu Bismar / sed etiam in alio casu Anno 1676. mens.
August. an Desiderium Francisci zu Lübeck responeſſe refert
his verbis: Es were dann / daß Eurem Berichte nach / des Landes
jetziger Zustand und Wohlfahrt erforderte / auf solcher Herrschaft
Grund und Boden eine Festung anzulegen / auf solchen Fall were
der Landesherr dieselbe / jedoch gegen Erlegung des jetzigen rechten
Wehrts einzuziehen wohl befugt.

§. VI.

Solere sæpe Regionum Dominos à subditis, qui in aliud ter-
ritorium cum fortunis suis transeunt, Gabellam Detractionis ex-
igere, noto notius est, & quin talis consuetudo valeat, dubitari
non meretur, cum in Recessibus Imperii de Anno 1555. & Anno
1594. non obscurè approbata sit, quia vero ubi obtinet, vel specia-
li Privilegio Imperatoris nititur, vel mero usu & præscriptione
invaluit, uti recte Besold. Th. Præcl. verb. Abzug. Abzug. Geld oder
Nachsteuer. Mev. p. 7. Dec. 366. n. 2. male à nonnullis ad jura & Pri-
vilegia Fiscijus Detractionis indistinctè haec tenus relatum est:
Est namque, quæ à bonis emigrantium sit Detraction, juri planè

O 2

incog-

incognita, ut verissimum sit, quod post Crusium *de jure detraet.* c. 2. n. 15. Joh. Köppen. in suis decis. Quæst. II. n. 10. scribit: *Omnis dubio carer, hanc exactionem de jure odiosam esse, cum non tantum jure communis nullam certam determinationem habeat, sed etiam libertati & immunitati hominum aliquo modo resiliat.* arg. l. 1. C. ne quis liber invitatus l. 2. C. *Velligal.* nova institui non poss. quod etiam Mevius firmat, quando p. 2. Decis. 160. n. 7 & 8. ita loquitur: *In materia Detractionis, ut ipsa ex consuetudine capit & invalidit, sic præprimis consuetudo loci attendenda est.* Ut vero ejus jus est à jure communis atque libertate naturali exorbitans, ita de illo statuta & consueta exorbitantia habentur, & strictam interpretationem habent & Dec. 163. ubi ita: *Exorbitans à jure communis, imo ei contraria, est Detracatio, soli consuetudini innixa, cuius strictissimus usus est, cum odiosa, vjd. Id. P. 7. Dec. 28. n. 13. it.* Harprecht. Vol. 3. Cons. Tübing. 64. n. 62. 63. Quomodo itaque, ubi nunquam in usu fuit, mero jure Fisci, exigi & noviter introduci possit, non video: Sunt etenim consuetudines, quæ juri communis contrariae sunt, strictè interpretandæ, arg. l. 61. §. 5. ff. *Solut. matrim.* l. quidquid 99. pr. ff. de V. O. Carpzov. p. 3. Decis. 236. num. 13. Reinking. de R. S. & E. L. 2. cl. 2. c. 9. n. 26. Gail. l. 2. Ohf. 79. Lauferbach. concl. for. Ex. 1. c. 1. Cephal. cons. 116. n. 8. vid. omnino Piaggio de confitud. Qu. 12. quas proinde de loco ad locum extenderet non convenit. Cothman V. 2. Resp. 84. n. 33. Tübing. p. 2. cons. 36. n. 9. Mev. p. 2. Dec. 185. n. 7. Besoldus *Thesaur. præf. cit. loc.* ubi de Wurtenbergico Ducatu resert, daß ein Bürger frey und ohne Entgegeld wegziehen könne / quod etiam testatur Mylerus *de Princ.* & *Stat. Imp.* c. 63. §. 8. Wehner. verb. *Nachsteuer* ubi, non in omnibus Civitatibus Imperialibus jus Detractionis receptum esse, scribit. Evidenter videtur poterat, ideo hanc Detractionem favorabilem esse, quod in redhostimentum praefixa defensionis fiat, sed quoniam propterea tributum annuatim persolvit subditus, adeo favorable jus detractionis esse non arbitror. Ex quo etiam est, quod Pastores, Academiarum Professores, Principum Officiales & Ministri Primarii, Doctores & Advocati, si domicilium mutent, ab onere detractionis immunes sint, Ernest. Cothman. *Respons. Acad.* 19. per tot. & *Resp.* 32. n. 12. Mev. p. 7. Decis. 28. n. 14. & 15. & Dec. 366. p. 8. Dec. 45. *Crusius. de jure detraet.* cap. 7. per tot.

Tor-

Tornov. de Feud. Mecklenburg part. I. cap. 2. Sect. 4. §. 22. pag. m. 354. Harprecht. Vol. 3. consil. Tubingens. 46. n. 93 licet dissent. Lyncker. Resp. 33. n. 18. seqq. & si Fiscus intra quinquennium gabellam detractionis non exegerit, postea non audiendus sit, uti non saltem Mevius docet, part. 2. Dec. 163. & Lyncker. Resp. 33. n. 2. sed & inclytos Academias hujus JCtos Anno 1709. ita respondisse ab iisdem mihi relatum est.

§. VII.

Possim ad hoc Capitūlū & illud referre, male quondam juribus & privilegiis Fisci jus occupandi bona naufragorum annumeratum fuisse, quā de re bene Bodinus de Rep. c. 10. Barbarumait, & antiquis usitatum est, ut cuius opes, ac fortunae naufragio misere perirent & quem nostris opibus sublevare debeamus, ejus reliquias quas ad litus ejectas, bona fide restituti oportebat, turpiter diripi patiamur. Si tamen vivitur, ut qui portus habent, eam crudelitatem tum in cives, tum in peregrinos exequantur, jus queris? Error jus facit: At si non peccatur errore, sed scientia, scelus est, quod erroris specie prætenditur. conf. it. Mev. p. 9. Decis. 172. Sed cum gloriofissimæ memoriae Imperatores, Fridericus in Auhent. Navia. Cod. de Furt. & Carolus V. in Ordin. Crim. art. penult. Jus hoc putativum damnaverint, & ne unquam in usum redeat, cassaverint, hoc saltem tetigisse sufficiat.



CAP. III.

De iis quæ male adscribuntur juribus & privilegiis Fisci in materiâ Contractuum.

S U M M A R I A.

§. I. An Constitutio l. 2. Cod. de Quadrienn. præscriptione

O 3

etiam Principibus Imperii attribuenda?

Alle-

- Allegantur Doctores pro & contra.*
- Examinantur argumenta pro Negativa.*
- Et pro hac præjudicium ex Zieglero adducitur.*
- §. II.** *An vendor tributa, canones futuros, &c. pacto in se recipere possit?*
- Pactum hoc valet quoad contrahentes, non in Fisci præjudicium.*
- §. III.** *Cainam superfluum debitum contra L. Anastas. impingentis cedat.*
- Respondetur pro debitore indistincte.*
- Et Dd. pro hac sententia allegantur.*
- Ad Recessus Imperii de Anno 1500. & 1530. respondetur.*
- §. IV.** *An Fiscus Gabellam, exemptione, propter adjectam L. Commissor, resoluta, acceptam, restituere teneatur?*
- Resp. Affirm.*
- Accessorium sequitur naturam principalis.*
- Viro bono lucrari cum alterius injuria inbonefum est,*
- Omnibus actibus & Dispositi- nibus &c. inest Clausula: Rebus sic stantibus.*
- §. V.** *An Fiscus de qualibuscunque Civium & Subditorum Alienationibus Decimam exigat?*
- Respond. Neg. Est enim odiosum jus Detracitus.*
- Nec titulus Laudemii ad eam palliandam sufficit.*
- Consueta tamen induci potest.*
- Modò in moderationis terminos consistat.*
- Uti hoc Spiræ invalidit.*
- §. VI.** *An Fiscus res emigrantis Civis jure protimis eos, licet iustum pretium in loco acciperen- queat, præ extraneis emitoribus, acquirere possit?*
- Respond. Negat.*
- Æquitati studendum.*
- Statutum irrationalibile invalidum.*
- Allegantur emphatica verba Harprechti.*

§. I.

In materia Contraetuum admodum famosum Jus est, quod Imperatores Zeno & Justinianus in l. 2. & seqq. Cod. de Quadrienn. prescript. constituerunt, si quis rem emerit à Fisco vel ex donatione acceperit, adversus omnes actiones perpetuò tutus est ac invincibilis, adeò ut ne quidem à vero domino inquietari possit, adversus autem sacratissimum ærarium (sunt verba Imperatoris in

§. fin.

§. fin. *Inst. de Uſu cap.*) usque ad quadriennium liceat iis intendere qui pro dominio vel hypotheca eaurum rerum, quæ alienare sunt, putaverint fibi quasdam competere actiones. Itaque non levis momenti quæſtio est, num hoc ipsum etiamnum hodie Fisco Principis Imperii (de Fisco enim Cæſaris res controversia caret) attribui poffit? Enimvero de Duce Sabaudiaſ sic ſentit Ant. Faber. in Cod. 4. 7. tit. II. def. 1. deque aliis Principibus ſuperiorem recognoscenſibus idem ſcribit Roland. à Valle *Conſil. 20. n. 17. Vol. I.* quod verò de Italiam Principibus hic ſcribit, id Germaniam Principibus, quò illuſtriores atque potentiores ſunt, eò magis afferendum judicat Mev. p. 7. dec. 67. idemque docet Myler. *de Princ. & Stat. Imp. c. 32. per tot.* contra alii, non niſi in Summo Principe prefatas Conſtitutiones locum habere, docent, vid. Carol. *Tapia ad Tit. ff. de Conſil. Princ. in Rubr. c. 1. n. 16.* alii prorsus abrogatas eſſe volunt, uti poſt Christianam. *ad Tit. Cod. de Quadrienn. Preſcript.* ſtatuit Perezius *ad eund. tit.* itemque Anton. Mornacius *ad eund. Tit.* nec non Vinnius *ad §. ult. Inst. de Uſu cap.* & ſane, ſi conſideretur, quod (1.) præfatis Conſtitutionibus domino, jus ſuum vindicandi, remque ſuam persequendi, auferatur, (2.) domino vel creditor iurior adverſarius obtrudatur, & (3.) brevi nimis ſpatio dominus rem ſuam amittat, negari nequit, Conſtitutiones illas duras videri, ac proinde non extendendas ſed reſtringendas eſſe. Interim quia prior ſententia inde maximè probabilis eſt, quod Principes & Status Imperii, vi Investitura Cæſaream, uti c. 1. dictum eſt, Juribus & Privilegiis Fisci plenè utantur, & juxta vulgatum axioma (de quo latè Reinkind. *de Reg. Sec & Ecc. lib. 1. Claff. 5. c. 6.* Mevius p. 2. dec. 102. n. 3. 5. & 7.) tantum in ſuo territorio poſſint, quantum Imperator in Imperio, quin & principes valde curiosi ſint in obſervandis Eminentiam ſuam apicibus. Mev. p. 7. dec. 28. n. 8. mihi contra illos respondendi non ſumo licentiam. Conferri me retur Caspar. Zieglerus *de Jurib. Majest. l. 1. c. 4. §. 24.* ubi ait, non in ſubitam videri Mornacii aſſertionem, Conſtitutionem Iuſtiniani ſpecialiſſimum contineare Privilegium Imperatoris & Auguſtarum, nec proinde ad alios Principes extendi debere, & propter ea, cum ea de re conſulti eſſent Wittenbergenses, ſuper facto, quod ex Confiſcatione ortum habuerat, noluerint ex iſta Iuſtiniana

niana Constitutione causam decidere, sed ex aliis principiis, in
 hunc modum responderint: Hat ein vornehmer Reichs-Fürst
 Cajum zu seinen Dienner gehabt / welcher sich vor etlichen
 Jahren gegen seinen Herrn also verbrochen / daß er deswe-
 gen flüchtig/ und seine Güter dem Fisco Principis incorporiret
 worden. Und es sind unter solchen eingezogenen Gütern
 auch zwei Hufen Landes gewesen / welche Hochermeldter
 Reichs-Fürst Titio und Mevio, zweien andern seinen getreu-
 en Dienern/ geschenket/ und sie und ihre Leibes-Erben / und
 Erbnehmen/ damit als Erb-Zins-Gut / dergestalt beliehen/
 daß sie dieselben wie Sie Jobst Schulze besessen / und innen
 gehabt/ einnehmen/ nutzen und gebrauchen solten; Worauf
 auch Titius und Mevius solche zwey Hufen Landes von Anno
 1624. geruhiglich genutzt / und gebrauchet bis obngefehr
 vor anderthalb Jahren Sempronius , des Reichs - Fürsten
 Vasall vorgewendet / daß vorige Besitzer / als Jobst Schul-
 ze / und zwar ehe Cajus solche Acker bekommen / ihnen von
 seinen / an diese zwey Hufen Landes angrängenden/Ackern/
 so viel abgesfüget / und bis dato unter sich behalten/ daß Ti-
 tii und Mevii Acker 8. Morgen grösser / denn die Seinigen be-
 funden worden / darauf er auch bey dem Landes - Fürsten
 Commission an dessen Praefectum ausgewürcket / welcher oh-
 ne des Titii und Mevii Vorbewußt / die Acker ausmessen las-
 sen / und dabey solche Übermaß der 8. Morgen sich ereignet /
 darauf der Sempronius, wider Titii und Mevii Erben/ Bla-
 ge erhoben/ und die Übermaß restituiret haben will. Wann
 nun gleich Titii und Mevii Erben wider die angestellte Bla-
 ge sich zu schützen / und der Litis contestation dahero zu ent-
 brechen vermeynet / daß diese Blage wider sie / als Besitzer
 nicht statt haben könne / sondern intra quadriennium wider
 den Fiscum hätte angestränget werden müssen / &c. „ Den-
 „noch aber / und dieweil sie der Prescription Quadriennii sich
 „diesfalls nicht zu gebrauchen / &c. so erscheinet dannenhe-
 „ro so viel / daß Titii und Mevii Erben der angestellten Bla-
 „ge sich nicht entbrechen mögen / sondern dieses ihres Ein-
 „wendens ohngeachtet / darauf sich einzulassen schuldig.
 „V. Z. W.

§. II.

§. II.

In Emtionibus & Venditionibus prædiorum, non valere pactum quo Tributæ, Canones, Census, aliaque onera venditor in se recepit, ex tit. Cod. sine Censu & reliquo fundum comparari non posse: manifestum est: hoc vero, uti non sine ratione, pro utilitate publicâ, prudentissime sanctum est, cum & alias res cum suo onere transire soleat, l. 18. §. 2. de Pignorat. Act. l. 23. ff. de Nov. Oper. Nunc. l. 20. §. 1. ff. de Acquir. Rer. Dom. l. 13. §. 1. ff. de Acquir. Possess. Mev. p. 1. Decis. 166. n. r. Lyncker. Resp. 163. n. 16. ita male à nonnullis in favorem Fisci, eo usque extensem est, ac si pactum illud, ne quidem ratione contrahentium, vires ulla haberet, & si quid emtor tributi apud se cedentis nomine exsolvisset, à venditore repetere non posset: Franzk. ad tit. ff. de Action. Emt. Vend. n. 155. Rauchbar. p. 1. Quæst. 18. n. 8. Tulden. ad tit. Cod. sine Censu & reliq. n. 2. & 3. Lauterb. Coll. Theor. pr. tit. de Act. Emt. tb. 15. Lyncker. Resp. 68. n. 16. & Resp. 153. n. 6. seqq. Philippi. Dec. Elect. Noviss. 65. Ohf. 2. Cum enim Fisco hoc ipso satis consultum sit, quod, non obstante pacto, possessorem ad præstanta onera obligatum teneat, fundusque perpetuo hypothecæ nexu ipsi maneat affetus, non video, quid inde immineat præjudicium Fisco, si quod possessor ipsi exsolvit, à venditore suo, vi pacti, recuperandi facultatem habeat: itaque omnimodam pacti hujus nullitatem Juribus & Privilegiis Fisci male adscribi arbitror, cum illud inter pacientes valeat, licet intuitu Fisci nullum sit; idque probat textus in l. 42. verb. quantum ad Fisci rationem ff. de Pact. & l. 52. §. 2. ff. cod. Christin. Vol. 3. Decis. 73. n. 2. Carpz. Jurispr. For. p. 2. const. 31. def. 21. Klock. de contribut. c. II. n. 146-149. Brunn. ad cit. l. 42. ff. de Pact. Ubi Anno 1664. die 26. Sept. in Dicasterio Magdeburgo-Saxonico ita pronuntiatum esse refert.

§. III.

Si quædam Cessio nominis contra L. Anastasianam conigerit, hoc est, venditio, pretio non justo, sed viliori, facta fuerit, & emtor non saltem ultrò ad emtionem nominis accesserit, sed etiam venditorem ad contrahendum quasi induixerit, (hæc

P

enim,

enim, aut animus adversarii divexandi, necessariò, ut Lex Anastasii locum habere possit, præsupponenda sunt. Mev. p. 6. Dec. 228. n. 2. it. p. 4. Dec. 114. n. 3. Lyncker. Rep. 163. n. 4.) famosæ quæstionis est, cui si superfluum debiti, an Fisco, an debitori cedat? equidem pro Fisco respondent Carpz. Lib. 5. Repens. 33. n. 35. & seqq. Franzkius l. 1. Resol. 9. n. 11. & Mev. p. 3. Decis. 1. fibi tamen contrarius in Discuss. Levam. Inop. Debitor. c. 7. n. 22. sed re penitus, & juxta mentem ac intentionem constituentium Imperatorum, Anastasii ac Justiniani, inspecta, superfluum illud nunquam ad Fiscum pertinere, verius est: Vel enim venditor à cessionario inductus, bona fide actionem cessit, & tum actionem suam merito salvam retinet ad residuum, quia inopia pressus videtur, & dolose circumductus, ut hinc animum remittendi residuum, non habuisse censendus sit: Cap. odia, de R. J. in 6. arg. l. 9. ff. que in fraud. credit. Berlich. p. 1. Dec. 35. n. 3. Vel inter venditorem & emtorem quædam collusio, in fraudem legis, intervenit, & tum superfluo, & cedens & cessionarius, merito privatur, l. 23. §. 1. C. Mandat. ita ut illud debitoris lucro, minime vero Fisco cedat: Enimvero debitoribus, non Fisco, prospicere voluerunt Imperatores in dict. L. Ab Anastasio 23. §. & iustum. 3. ibi: hoc remedium debitoribus impertiri cod. Mandat. quodnam vero beneficium indulserunt, si quod cedens & cessionarius à debitore petere nequeunt, Fiscus tamen extorquere poterit? Porro, cessione ejusmodi factâ, nullam contra debitores molestiam (ulta quantitatem soluti pretii) oriri debere, Imperatores voluerunt, at nonne molestiam sentiet debitor, si Fiscus residuum debiti exigendi facultatem habeat? Hancque sententiam mecum amplectuntur JCti Jenens ap. Richter. Decis. 36. n. 24. Part. 1. eique tanquam communi & æquissimæ sententiæ, adstipulatur B. Dn. Stryk. in Caur. Contr. Sect. 4. cap. 2. §. 12. & quot allegat Tornov. de Feudis Mecklenburg. Part. 2. cap. 4. Sect. 1. §. 15. in fin. & Harprecht. Vol. 4. cons. Tubingens. 61. n. 434. Nec obstat, quod Recessus Imperii August. de Anno 1500. sub Imperat. Maximil. I. Tit. von wucherlichen Contracten, & Recess. August. sub Imper. Carolo V. de Anno 1530. in Reform Polit. tit. von wucherlichen Contracten /§. Dieweil aber solche und vergleichene Contract. Et in Polit. Francof. de Anno

1577. sub Imper. Rudolpho II. Tit. von wucherlichen Contracten, in casibus usurariæ pravitatis, multam ablatæ portionis, non parti, sed Fisco deferant, ex quo concludit Carpz. cit. loc. n. 40. idem in cessionibus nominum contra Legem Anastas. factis, obtinere debere: optimè namque ad hæc respondet Lauterb. in coll. Theor. Pract. tit. de Hered. & Act. Vend. Thef. 77. it. Brunn, addidit. L. 22. n. 5. ad quos B. L. remittere placet.

§. IV.

Emtione venditione, ob non solutum pretium, vi Legis Commissoriæ rescissa, quæstio celebris est, An Fiscus Gabellam, quam ab emtore accepit, juste retineat, an reposcenti emtori restituere debeat? Evidem multi jus retinendi Fisco tribuunt, vid. Brussel. de Condit. l. 4. Tit. 5. n. 12. Coll. Jur. Argent. Tit. de L. Commissor. n. 13. Gutierrez. de Gabell. q. 10. n. 10. ubi hanc sententiam communem esse scribit: Sed & hic recte, meo judicio, statuere videntur, qui contra Fiscum respondent: Jus Fisci enim ex contractu dependet, qui, si intra præfinitum tempus omne pretium non fuerit solutum, ipso jure resolvitur, & perinde de habetur, ac si nunquam celebratus fuisset: ex quo consequitur, quod contractu, ceu negotio principali, resoluto, accessorium quoque sive jus Gabellæ resolvi, necessum sit. Quando enim res principalis corruit, non potest subsistere, ex ea tantum subsistens accessorium, Mev. p. 1. Dec. 154. n. 7. P. 4. Dec. 106. n. 9. quia hoc sequitur suum principale. Harprecht. Vol. 3. cons. Tubing. 46. n. 95. & Vol. 4. Cons. 54. n. 334. naturam sui Principalis, quemadmodum rami sequuntur arborem. Mager. de Advoc. Arm. c. II. n. 300. Nec obstat, quod Fisco ex contractu semel perfecto, jus quæsumum fuit: fuit enim utique, sed eo modo, eoque vigore, quo contrahentibus, nimirum sub conditione resolutivâ, actus enim secundarius regulatur à primitivo. Gail. de Pace Publ. c. 6. num. 4. ob causam dederat emtor: atqui causâ retro sublatâ, ob causam datam, vi conditionis sine causa, ex jure Gentium juxta l. 25. ff. Rerum amot. oriunda, restitui, juris, rationis, & æquitatis est tot. tit. ff. & Cod. de Condit. sine caus. Causa enim redacta ad non

causam, jus retinendi non parit. Godofr. *in not. ad l. i. 6. 3. lit. p.*
de Cond. sine caus. nam ubi causa reducitur ad non causam, tunc
omnia restituuntur ad pristinum statum. Surdus. Decif. 163. n. 14.
Ni Fiscus restituat, cum alterius jactura & injuria locupletior e-
vadet; at semper & ubique boni gravesque viri lucrum cum al-
terius jactura conjunctum, sordidum in honestumque putarunt
inquiunt Tübingenf. Part. 2. Conf. 62. n. 33. Prucman Vol. 1. Conf.
19. n. 51. Carpz. Decif. 55. n. 17. nec permitti debet, ut quis indebi-
te ad lucrum perveniat, sed potius juvandus est is, qui de damno
vitando certat. Lyncker. Rep. 88. n. 27. Leges enim solicite ca-
vent, ne quisquam indebite ad lucrum perveniat. Harprecht. V.
1. Conf. Tubing. 22. n. 160. Insuper Gabellæ nomine sub hac clau-
sula, Rebus sic stantibus, (hic emtione tanquam causa præstati-
onis, ex L. Commissoria non resolutâ) utpote quæ omnibus a-
cctibus ineft, Carpz. 1. 2. Defin. Confitor. 181. n. 8. seqq. & p. 2. Conf.
35. Def. 23. Mev. p. 4. Dec. 43. n. 16. p. 6. Dec. 46. n. 1. Dec. 399. n. 5.
Conf. Argentorat. 2. n. 140. 141 Vol. 3. solutum fuit, his ergo, ob
non servatam debitoris fidem, mutatis, inique, sub hac Claus.
præstitum retineretur. Vid. de hac Claus. & quod in omnibus
indifferenter Actibus & Dispositionibus, Juramentis, Transa-
ctionibus, &c. nil adeo præcisum sit, firmum & immobile, quin
semper subintelligatur Klock. V. 1. Conf. 19. n. 34. Conf. 35. n. 367.
372. & V. 3. Conf. 126. n. 6. Conf. 142. n. 32. 33. Hector. Capyc. Latro.
Sele. 7. Consult. 53. n. 7. Jac. Thöming. V. 1. Conf. 47. n. 59. 60. Reink.
de R. S. & E. 1. 1. Cl. 3. n. 9. n. 71-73. Mev. cit. Decif. 46. n. 1. ubi istam
naturalem vocat & communem conventionum conditionem.
Mager. de Advoc. Arm. c. 16. n. 561. 562. & 581-589. & de Graffis p. 2.
Decif. Aur. Cas. conf. 1. 2. c. 6. num. 1. ubi hanc declarant & in seqq.
variè limitant.

§. V.

Dum vero Gabellæ a Fisco, Emitione vi Legis Commiss.
rescissa, restituendæ, jam memini, querere libet. Num recte ta-
le Jus Fisco adscribatur, ut de qualibuscunque Venditionibus,
aliisque prædiorum, quæ cives inter subditosque fiunt, alienati-
onibus, si nec territorio exportetur pecunia, nec domicilii mu-
tatio

tatio contingat, Decimam vel aliam Detractionis Gabellam exigere valeat? quod omnino negandum autum: dubium enim non est, ut ijam præcedente monui Capite, jura detractionis in genere, Juri Civili contraria esse, quippe quod & illud genus detractionis ab hereditatibus extraneo delatis, quod Vicesima nomine veniebat, penitus quoque è Republica recedere voluit, *l. fin. cod. de Edit. D. Hadri. toll.* proindeque odiosa non minus quam rigorosa habetur Detractionum natura, ut, nisi lex, vel Statutum, aut perennis consuetudo, (nimis enim modicum tempus ad iudicendam consuetudinem vix sufficere videtur, quippe *juxta l. 123. §. 1. de R. J.* temporaria permutatio Jus Provinciarum non mutat) eadem approbaverit, in dubio jus Provinciarum non mutat) eadem approbaverit, in dubio jus commune, *cum non saltet ius qui sub nubis, nec qui nunc saltet sunt hominibus, sed omni etiam post hoc currenti tempore, legem ponamus, ut loquitur Imperat. in Nov. 1. c. 1. in fin.* mutatum præsumi non debeat. *arg. l. 27. cod. de Testam. Rauchbar in Qu. Jur. Civ. & Sax. q. 15. n. 4. Cothmann. Resp. Acad. 19. n. 56. Speidel. in Specul. verb. Albzug. vers. porro cum Statuta. Surd. Decis. 96. n. 7. Myler. Hyparchol. c. 7. §. 11. n. 17.* Quæ enim Legum erit utilitas, si in literis duntaxat consistant, non etiam per ipsa facta opera subditis utilitatem de se probeant? *Nov. 44. pr.* Jam, licet in duobus hisce casibus, quo vel hereditas extraneo defertur, vel subditus domicilium mutat, Detractione multis in locis vigeat, & in tantum, quatenus recepta, publicis Constitutionibus approbata sit; ea tamen Detractione ferè prorsus insolita est, qua in alienationibus & venditionibus bonorum immobilium, quæ pleno Jure ad venditorem spectant, quid Fiscus prætenderet, siquidem & prætextus & rationes, quibus in ante memoratis duobus casibus suffultum Detractionis Jus, defendi solet, in hac specie cessant. Neque vero ad palliandam hanc Detractionem titulus *Laudemii* allegari potest. Siquidem Laudemia, cessante consuetudine, non nisi de bonis Emphyteuticis vel Feudalibus, debentur: *l. fin. C. de Jure Emphyt.* quorum laudemiorum præstatio, cum odiosis accenseatur, à casu ad casum extendi nequit, etiam si eadem ratio adesset. *Wehner. in Observ. Pratt, verb. Hand-Lohn. Franzk. tr. de Laudem. c. 4. n. 21. seqq. Hor-*

nii *Jurisprud Feudal.* c. 17. §. 22. Imman. *Sutorius de Retractione Jure*
c. 3. thes. 49. ubi ita in terminis Laudemiorum in Regno Neapol.
 usitatorum, decisum refert. Struv. *Synt. Jur. Feud.* c. 10. Aphor. 12.
n. 4. Hondonedz, V. 1. *Conf.* 95. n. 98. etiam si ageretur de favore
 Reipublicæ. Idem *n. 102.* vid. omnino Mevius P. 3. *Decis.* 242. n. 4.
 ubi duplex saltem genus Detractionis moribus invaluisse ait,
 nempe ut decimam vel aliam partem dependant, tum exteri, qui
 hereditatem ibi cernunt, aut legata capiunt, tum cives & incolæ
 qui inde discedunt & aliò domicilium transferunt. B. Dn. Tex-
 tor. in *Tract. de Jure Publ. Statuum Imper.* Tit. 4. n. 218. ubi ita lo-
 quitur: *Si quis Princeps vel Dominus Territorii, ex sola forsan prædio-*
rum venditione, decimare vellet, insolitum petere videretur, quia hæc &
familia exorbitant à consuetudine communi per Imperium, quæ nullo mu-
tato domicilio, Detractionis Jus, de bonis ejus qui de territorio non mi-
grat, permittere non solet. & porrò eod. tit. n. 232. hæc verba legun-
tur: Si Dominus territorii velit Jus Detractionis casibus insuetis, non
mutati domicili, aut in bonis immobilibus retentis, exercere, nisi spesi-
alem consuetudinem per omnia requisita probet, ei deferendum non est.
 Notanter laudatus *Juris Consultis* ait, *nisi specialem consuetudinem*
per omnia probet: posse enim & hanc Detractionis speciem, quæ
 in contractibus se subditorum exsereret, vel lege nominatim intro-
 duici, vel mero usu invalescere, minimè negaverim: modo
excessum aliquem haud sapiat Detractione, sed moderationis in-
tra terminos subsistat, quoniam nimia quantitatis, nomine Ga-
bellarum, facta exactione, pro spolio potius, quam justa Detrac-
tione habenda. Illustr. Dn. Seckendorf. vom Deutschen Fürsten-
Staat / P. 3. c. 2. §. ult. vid. Klock. de Jure Vigilie. Conclus. 64. lit.
a. ubi testatur Spiræ facta venditione rerum immobilia, tum
quoque constitutione annuorum censuum, Magistratus ci-
vitatis, ex singulis pretiis florentis, tres nummos, quorum
unum venditor, reliquos duos emtor solvit, à tempore, cujus
memoria non existit in contrarium, gabellæ nomine, exige-
re consuevit.

§. VI.

Merito tandem Pseudo privilegiis Fisci & hoc accense-
tur, quando Civis domicilium translaturus & mutaturus, res
suas immobiles, justum licet in loco illo emitorem offendere ne-
queat, extraneo alienare prohibetur, quin potius eo casu Jure
Protomiseos easdem Fisco inquere adstringitur. Licet enim hu-
jusmodi Statuta, a Bonorum acquisitione Forenses & extraneos
arcentia, aliquali favore mactanda passim videantur, tum JCtis
tum Politicis, his præsertim adductis rationibus, quod onera &
collecta eo promptius a civibus exigi, quam vix absque incom-
modo ab extraneis peti possint, numerus insuper civium, horum-
que facultates egregie hinc augeantur, vid. *Manz. Decis. Palatin.*
Qu. 10. num. 20. ibi. ohne das viel ratsahmer nützlicher und besser.
Harprecht, Vol. 4. Conf. *Tubing.* 46. n. 215. Hoc tamen eo exten-
dere velle, ubi civis, lares, quod Jure omnino permittente fieri
potest, mutaturus, justum in loco entorum ac pretium plane
habere nequit, ab insigni sane iniquitate alienum non foret, &
Jus Emigrandi cui tum Jura Civilia, tum modernæ Imperii
Constitutiones favent, nimia cum injuria, & tristi emigrantium
præjudicio a clâfione, per indirectum oppido injustè restringe-
re. Nihil enim multum a specie servientium differunt, quâ-
bus facultas non datur recedendi. 1. 2. ff. de liber. hom. exhib. Non
obstat, æquum esse, Fisco aliquales circa emigrantium bona,
quorum collectis imposterum egere necesse habet, non invidere
accesiones; æquo enim juxta 1. 61. §. 5. ff. de Furt. aliud æquius
est, eamque, & charitatem spectare, viri boni est. Menoch. 1. 1.
de Arbitr. Jur. Quæst. 13. n. 16. quidni & Fisci? Æquidem congruit
innoxii accessionibus Fisci utilitati & conservationi studere, at
contra æquitatem, cum egregio subditorum incommode, fiscâ-
les favores extendere, iniquum imò iniquissimum. Si enim sine
lege loqui cordato cuivis JCto merito erubescendum est M. We-
senb. p. 1. Conf. 2. n. 1. Carpz. p. 1. Dec. 28. n. 9. Klock. de Contribut.
c. 16. n. 68. nonne contra Leges, contra æquitatem pronuncia-
re ipsum puderet? Licet enim multa æqua sint in genere, ea ta-
men si in specie de certis casibus perpendantur, evidenter sunt
iniqua, inquit Mantica de Tac. & Ambig. Convent, lib. 1. tit. 17. n.

23. 24. Et huic sententia calculum meritò suum adjiciunt Myler.
in Addit. ad Rumel. p. 2. Dissert. 7. concl. 5. lit. a. Mager. de Advoc.
Arm. c. 16. n. 125. Enimvero admissa hujusmodi Statuti & consuetudinis validitate, quod tanquam irrationalib[us] minus attendum, Mev. P. 9. Dec. 160. Brunn. *Jus Eccles. l. 1 c. 3. §. 8.* würde die / de Jure tum Genium tum Civili Romano, tum modernis Imperii Constitutionibus, jedermannlich competitende liberrima, suum domicilium mutandi & migrandi, facultas, per indirectum gar sehr geschwächet / ja fast gänzlich benommen / oder ehrlichen Leuten das Ihrige wider alle Christliche Liebe und Willigkeit / mit grosser/ abseiten einer solchen Obrigkeit/Gewissens-Beschwerung / abgeschweift und entzogen werden / emphaticè inquiunt Tübing. ap. Harprecht. all. loc. n. 227.

C A P. I V.

De his, quæ Fisci Juribus ac Privilegiis perperam accensentur in materia Hereditatis & Successionis.

S U M M A R I A.

§. I. *Fiscus Jus Detractionis circa hereditates exterо delatas malo sibi arrogat.*

Nisi quatenus receptum in specie probatum fuerit.
In hanc sententiam in Cancellaria Sverinensi pronuntiatum.

§. II. *An probata tali consuetudine, in Parentum & Libero-rum hereditatibus justè praetendat?*

Negatur, & Dd. consentientes allegantur:

§. III. *Coniux conjugi Jure Prætorio succedit.*

An idem post contracta Sponsalia obtineat?

An vero Fiscus defundi Sponse præferendus?

Respond. Neg.
Jure Civilijo consensu matrimonia perficiuntur.

Sponsa

- Sponsa in favorabilibus uxoris
loco habetur.*
- §. IV. *Fiscus ad solvenda legata,
hereditate sorte ipsi delata,
tenetur.*
- Respond. dubio, quod heredescrit-
pto repudiante, testam. fiat
desertum.*
- Et Dd. assentientes allegantur.*
- §. V. *Fiscus, hereditato sibi obven-
iente, tenetur ad confessio-
nem Inventarii.*
- Tam sui ipsius, quam credito-
rum favoris causa.*
- Fiscus indistincte à vacantibus*
- bonis quadriennii lapsu ex-
cluditur.*
- §. VI. *Testamento vi metuque ex-
torro, hereditas Fisco haud
applicanda.*
- Hujusce testam. ipso Jure nul-
lum.*
- Quod nullum est, nullum producit
effectum.*
- Pro Hereditibus ab Intest. contra
Fiscum responderunt J.Cri
Francofurt. & Saxonici.*
- Ipsa herede ab intestato vim te-
statori inferente, Fisci Suc-
cessioni locus est.*

§. I.

ETiam hic prætensum Jus Detractionis recurrit, quandoquidem quoties hereditas extero alicui sive in alieno Territorio degenti, defertur, Fiscus statim Decimam vel aliam hereditatis partem prætendit, cum tamen & hæc Detractione Juri Civili incognita, immo contraria sit, quippe quod genus illud Detractionis ab hereditatibus extraneo delatis, quod Vicesimæ nomine veniebat, juxta ante scripta, penitus è Republica exsulare voluit *l. fin.*
C. de Edict. divi Hadri. toll. adeoque locum habere nequeat, probatum nisi prius fuerit, quod vel speciali lege introducta, vel consuetudine invaluerit: vid. Mevius P. 2. Dec. 163, n. 5. 6. & De-
cis. 160, n. 8. & p. 7. Dec. 28, n. 13. Berlich. P. 3. conclus. 52. n. 61. Quare boni Principes non statim Fisci sui Procuratoribus hic deferentes, Detractionis in loco receptæ legitimè prius suscipiendum injungere solent probationem: id quod & justissime observavit Serenissimus Dux Meklenburgicus, Princeps ac Dominus meus Clementissimus, quando hoc ipso Anno 1711. die 4. Febr. ita in Cancellaria Sverinensi pronunciari iussit: Auf Klage Antwort / und erfolgte Wechsel-Schriften in Sachen unsers Procuratoris Fisci, Bl. an einem/ Hove-Meisters R. Erben / Bell. andern Theils / Erkennen V. G. G. wir

Q

FRID-

FRIDRICH WILHELM, Herzog zu Mecklenburg &c. &c.
nach gehabten Rath derer Rechtsgelehrten vor Recht/würs
de Al. daß auch auf der sogenannten Schelfe der Abzug vom
Erb-Guh / wenn dasselbe an andern Orten so außer unsren
Fürstl. Territorio und Landen gelegen / überbracht wird/ be-
ständig eingeführet / beybringen / immassen Ihm solches zu
thun vor allen Dingen oblieget / so sind bestl. Ihres dawie-
der geschehenen übrigen Einwendens ohngeachtet von Hof-
Meisters R. zugeschlagenem Erbgut/ gewöhnlichen Abzug un-
ser Rent-Cammer zu entrichten schuldig. V. R. M. Public,
Swerin, d. 4. Febr. 1711.

§. II.

Sed licet probaverit Fisci Procurator, Detractionem in heredita-
tibus receptam esse minus tamen justè in hereditatib⁹ parentū &
liberorum idem jus prætendit, æquissima enim & omnibus cor-
datoribus Jctis probata stat sententia, quod Lex vel consuetu-
do Detractionem in hereditatibus admittens, ad parentum & li-
berorum successiones, quam minime extendenda sit: quod cum
per ratiōnes & argumenta evidentissime inter alios latius deduc-
cant & probatum eant Tiraquell. in l. si unquam 8. Cod. de Revo-
cand. donat. in prefat. n. 90. seqq. Rauchbar. Part. I. Quæst. 15. n. 15.
& multis seqq. auctum agere supersedeo, quin potius verba Mevii
subiecte libet, que P. 3. Decis. 242. n. 6-10. leguntur: Cum per
Jctorum communem sententiam, tum ex Juris Communis prescripto,
tum per ratiōnes non leves, opinamur, Magistratum Detractionis jure
contra liberos vel parentes uti non posse, bosque isti oneri obnoxios facere
valde durum & miserandum esse, ideo injurie specie non carere. add.
Cothman. Rep. Acad. 19. n. 57. ubi allegato demum magno pro
hac sententia Dd. Catalogo, his tandem verbis concludit: Et
hanc sententiam puto esse verissimam, justissimam & æquissimam quam-
vis judices nonnulli vulturii, contrariam Bartoli & Alexandri sententi-
am sequuntur, & à filiis quoque & parentibus hereditatem exportanti-
bus, decimam exigant, etiam tunc, quando civitates, quæ suos subdieos in-
vicem

vicem decimant, unius provinciae præsidi parent. Nimirum dilectio,
hodie friget, & rapacitas servet, atque omnis ratio pecunia cor-
roganda honeste putatur. Quæ & similia vitia, & justitiae monstra,
frustra deploramus ab detestamur, cum virtutis tegumine cooperia sint.
& multitudine peccantium cooperentur. Conf. quoque Harprecht.
V. 6. Conf. Tubing. 99. numer. 28. 29. 30, licet dissentiat Lynker.
Reff. 33. numer. 16.

§. III.

Conjugem Conjugi defientibus cognatis, jure Prætorio
succedere, ex Tit. ff. & cod. Unde Vir & Uxor. manifestum est:
Quoniam vero, ut successio hæc Pætoria locum habeat, inter asia
requiritur, ut justum matrimonium fuerit, non abs re quæritur,
Si matrimonium per sponsali ad per a senti perfecatum, at per co-
pulam carnalem & Sacerdotalem nondum consummatum fue-
rit, an decedenti sponso Sponsa, an, velut defientibus conju-
gibus, Fiscus succedat? Evidem Kohlius de Success. Conjug. p. 1.
n. II. successione conjugum non competere autumat, nisi co-
pula carnalis vel sacerdotalis intervenerit, quo posito, non spon-
sa sed Fiscus succederet; Ego vero Fiscojus successioniis hoc ca-
su male adscribi arbitror, quoniam sponsa ab uxore, juris quoad
effectus, minime differt, arg. I. 30. ff. de R. J. & cum præter con-
fensum purum, perfectum, & simplicem, nil ulterius ad matri-
monium Jus Civile desideret, I. 26. cod. de Nupt. I. 32. §. 13. ff. de do-
nat. int. vir. & uxor. I. 66. pr. ff. eod. Carpzov. lib. 2. Def. Consilior.
173. num. 7. Reinking. Bibl. Polit. I. 3. Ax. 18. Cothman. V. 2. Consil.
78. n. 5. & seqq. Mev. p. 2. Decis. 81. n. 1. 2. nec Prætorem, in danda
Bonorum Possessione, ex Edicto Unde Vir & Uxor, quicquam
ulterius exegisse credibile est; præterea in favorabilibus, & in a-
liis quam plurimis articulis, sponsam uxoris loco haberi, notum
est. & id quod in uxore receptum est, regulariter (scil. nisi lex,
vel solida juris ratio aliud statuat vel suadeat) etiam in sponsa lo-
cum habeat. Harprecht. V. 2. Conf. Tubing. 20. n. 179. ubi in seqq.
exemplis declarat, & in specie de competente Bonorum Posse-
sione unde vir & Uxor, num. 183. quidni ergo & in hac causa, ubi
Q 2 de

de successione quæstio est , uxoris loco haberetur , ut sponso , cognatis haud existentibus , succeedere posse ? quare & hic contra Fiscum respondentum esse recte censet B. Dn. Stryck . de Success. ab Intest. Diff. 4. cap. 1. §. 8.

§. IV.

In hereditate , Fisco , ob repudiationem ab herede factam , delata , male hanc ipsi Prærogativam tribuunt , quod ad Legata solvenda non sit adstrictus : Rosenthal . de Feud. c. 5. concl. §3. n. 2. Peregrin . de Jur. Fisc. lib. 4. tit. 3. n. 26. Tessaur . Qu. Forens. 28. lib. 4. n. 10. seqq. & præsertim quoque num. 18. fin. Cum enim legata ab herede præstanta sint , Princ. Infl. de Legat. & Fiscus non aliter ac heres considerari queat , unde quæso apparet , cur à Legatorum præstatione immunitatem prætendat ? quin & manifesta hujus rei decisio adevit in l. quidam 96. §. 1. ff. de Legat. 1. ubi JCtus Julianus , Quoties , inquit , Lege Julia bona vacania ad Fiscum perirent , & legata & fideicommissa præstantur , quæ præstare cogeretur heres , à quo relicta erant . & in l. Cum tabulis . 16. §. 2. ff. de his quibus ut indign : Cum heredis nomen mutata voluntate paterfamilias incisis tabulis induxitisset , atque ideo Fisco portionis emolumentum adjudicatum fuisset : eam rem legatariis non obesse , qui retinuerant voluntatem , Divo Marco placuit , & ideo Fiscum cum suo onere succeedere . vid. item lib. 31. pr. ff. Solat. matrimon. & L. cum Fisco caduca 9. ff. ad SCrum Silan . Exigu momenti argumentum est , quod , herede scripto repudiante hereditatem , testamentum fiat destitutum , & sic omnia in testamento scripta , simul corruant , perindeque sit , ac si testamentum nullum factum esset : Lib. 181; ff. de R. J. Wesenbec . in Parat. ff. de Injust. Rupt. & Irrit. Testam. n. 5. Non enim Testamentum Destitutum vocari potest , quando , scripto herede , substituto , coherede , fideicommissario universali , partiali & legatario , Testamento manumisso , herede ab intestato , & quolibet extraneo (hi enim cuncti ante Fiscum , in casu quo defunctus intestatus obiit , ad successionem vacantur) cautionem præstare nolente , de implenda voluntate Testatoris , tandem ad Fiscum devenit hereditas ,

tas, siquidem & hic quā heres tunc succedit, & voluntatem defuncti ut in aliis, sic & in praestans Legatis, implere tenebitur. vid. omnino Novell. cap. 1. §. 3. & 4. l. 14. ff. de Jur. Fisc. l. 8. §. 1. ff. qui Testam. fas. poss. l. 2. Cod. ad L. Jul. de Vi Mevius ad Jus Lubec. p. 1. Tit. 2. Art. 14. num. 84. Brunnem. ad Auth. Hoc amplius. C. de fideicomm. Fachin. l. 6. Controv. 22. p. tot. Hillig. ad Donell. lib. 7. cap. 10. lit. c. Bocer. de Regal. cap. 3. Mev. Consil. 44. n. 120. Gail. 2. Obs. 86. n. m. 6. Farinac. in Fragment. Criminal. voc. Fiscus n. 120. B.Dn Lau-terbach. Disp. de Transmissionib. thes. 17. p. 21. ibi: Fiscus prestat lega-ta. Sixtinus de Regal. l. 2. c. 9. n. 43. cum seqq. Chaffanæ ad consuet. Burgund. Rubr. 8. §. 1. verb. En Payant, n. 1. & seqq. Anton. Faber. in Cod. Sabaud. l. 6. tit. 27. Def. 29. n. 6. Stryck. de Success. ab Intest. Disp. §. c. 1. §. 1. & Vl. Disp. 31. th. 29. Claud. Chiflet. de Jur. fideicomm. l. 4. c. 1. circ. fin.

§. V.

Eodem quoque, h. e. nullo jure, Fisco hoc adscribitur, quasi de delata sibi hereditate Inventarium conficere minus obstri-ctus sit, nec ultra vires hereditarias creditoribus unquam tene-atur: uti volunt Sixtin. de Regal. l. 2. c. 9. n. 45. seqq. Peregrin. de jur. Fisc. lib. 4. Tir. 1. num. 3. Mev. ad Jus Lubec. Lib. 1. tit. 2. Art. 14. n. 45. Matth. Stephan. de Jurisdict. Lib. 2. Part. 1. Cap. 7. Membr. 1. numer. 207. Roland. à Valle Tract. de Confect. Inventar. Part. 2. Quæst. 11. numer. 5. & seqq. Didac. Covarruv. ad cap. 1. num. 18. extr. de Testam. Quoniam enim Leges nullibi ab hac conficiendi In-ventarii necessitatibus Fiscum eximunt, imo in genere cuiilibet he-redi, ultra vires hereditarias si gravamen subire nolit, ejus con-fectionem injungunt, l. 33. ff. Solut. Matrim. §. 5. Inst. de Hered. Qualit. & Differ. l. fin. §. 14. cod. de Jur. Deliber. Vinc. de Franchis Decif. 536. n. 8. per tot. Arism. Tepatus in Compend. Decif. tit. 481. de Invent. cap. 10. vers. Sic heres non conficiens. Mynsing. Resp. 79. numer. 49. Jac. Cancer. Libr. 1. Var. Resolut. Libr. 1. cap. 2. de Invent. numer. 1. Mev. P. 5. Decif. 144. n. 3. five privatus, five Sacerdotalis, five Imperialis heres fit, uti in Nov. 1. cap. ult. si legitur, certe non appa-

apparet, quo ex fundamento, illud, quod Fisco communiter hoc casu tribuitur, jus, erui queat: accedit, quod in L. uit. C. de bon. vacante. Imperat. Theod. & Valent. diserte præcipiant, quod si bona vacantia ad Fiscum fuerint delata, certi Palatini juramento obstricti mitti debeant, ut eorum instantia Præses Provinciarum, præsente Fisci Patrono diligenter inquirat, cuius Patrimonium fuerit vacans, quantumque & quale videatur, quod uti in favorem Principis, cuius scire omnino interest, quantum Fisco suo incorporatum sit, ita & in creditorum gratiam constitutum esse, negari nequit, cum quantum in bonis quis reliquerit, intelligi non queat, nisi & æs alienum deductum fuerit: præterea Fiscus, uti quilibet aliis heres, repudiandi abstinentiae facultatem habet, qua si non est usus, sed hereditatem absque Inventario adiit, habet quod sibi imputet, si à creditoribus ultra vires conveniat, cur commune beneficium non fuerit amplexus, uti hoc pluribus bene exhibet & persequitur Stryck. *de Success. ab Intest.* *Diss. 5. cap. 1. §. 52. & seqq.*

§. IV.

Quando de tempore, quo Fiscus à vacantibus bonis excluditur, quæstio excitatur, nimis eidem, quot inter bona Fisco nunciata & nondum nonciata distinguunt, quoque fasent, quasi quidem priori casu quadriennii lapsus Fisco noceat, posteriori vero non nisi longi temporis Præscriptione submoveri posse, per l. 18. ff. *de Usu cap. & §. 4. Inst. eod. tit.* quam sententiam ferè communiter defendunt *Dd. addit. §. 4. Instit.* Cum vero Constantinus Imperator generaliter rescriperit, à Fisco quæstionem post quadriennium super bonis vacantibus inchoandam non esse, in l. 1. *Cod. de Quadrienn. Præscript.* & ipsam nunciationem bonorum vacantium quadriennio finiri Juris-Consultis respondeat in l. 1. §. 2. ff. *de Jur. Fisc.* quo fundamine largius quam quatuor annorum spatium ad Fisci Jura, hac in materia, adscribi posse, sanè non patet. vid. Perezius *ad tit. cod. de Quadrienn. Præscript. n. 2. Stryck. de Success. ab Intest. Diss. 5. cap. 1. §. 56. & 57.* ubi in fine ad contraria respondet.

§. VII.

§. VII.

Quando Testamentum vi metuq; extortum, vel ad importunam sollicitationem, falsamq; suggestionem conditum est, plerisque Dd. placet sententia, hereditatem Fisco applicandam esse, uti videre est apud Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 2. tit. 6. n. 4. & 5. Sichard, ad tir. Cod. Si quis aliq. test. prohib. in Rubric. n. 1. seqq. Bachov. ad Wes. tit. ff. Qui Testam. fac. poss. n. 8. Meier. Coll. Arg. tit. 28. lit. b. thes. 8. Jul. Clar. lib. 5. Sentent. 8. ult. Qu. 79. n. 9. Bartol. in l. ult. ff. Si quis aliq. testar. prohib. Menoch. lib. 2. Arbitrar. Jud. Quaest. Cent. 4. Cas. 395. n. 1. seqq. Nicol. Reusner. de Testam. Part. I. n. 60. 61. quia nempe tale Testamentum (ad exemplum aliorum negotiorum, quæ metu licet facta sint, tamen valida sunt, & denum per restitutionem in integrum rescindenda sunt) Jure subfifere exsistimatum est, quo casu hereditas quidem scripto heredi acquireretur, sed tanquam indigno per Fiscum rursus auferenda esset: per L. Marcellus 3. §. ult. ff. ad SCt. Trebell. L. proxime. 3. ff. de his quæ in Test. del. ast cum veritati & legibus omnino consonum sit, hujusmodi Testamentum ipso Jure nullum esse, per l. 20. §. fin. ff. de Testam. l. 1. C. Si quis aliq. testar. prohib. & arg. l. 32. pr. ff. de Hered. Instr. Myler. Hyparchol. c. 3. §. 37. n. 115. Sande Decis. Fris. l. 4. tit. 1. Def. II. ac proinde eum, qui Testatorem compilir, nihil ex tali Testamento acquisivisse, quod à Fisco iterum auferri ipsi possit; cum quod nullum est, nullum producit effectum. l. 4. §. 6. de Re Judic. l. 8. §. 2. ff. de Bon. Possess. contra Tabb. l. fin. Cod. de Sentent. ex Peric. Recit. Treutler. V. 1. Conf. 48. n. 42. Aloys. Riccius in Collect. 623 & paria sint, nullum esse, vel sine Effectu. Surdus. Decis. 91. n. 21. 22. & Conf. 381. n. 13. Mev. P. 5. Dec. 33. n. 4. & Decis. 4. n. 5. Effectus enim ex causa sua interpretationem recipit, nec ultra illam vires potest porriger. H. Pfstor. l. 3. Qu. 27. n. 39. Harprecht. V. 2 Conf. Tubing. 19. n. 37. seqq. minime apparet, quare innocentes heredes ab intestato à Successione excludi, & bona Fisco applicanda veniant? Non enim debet alterius factum pertingere ad alienum dispendium. l. 1. cod. de Div. Tit. l. 74. ff. de R. J. Quæ enim est ista pravitas, quæ dementia, quæ peccavi ego, id obesse alii? Terent, in Heaut. Act. 5. Scen. 2. Quapropter pro

pro heredibus ab intestato contra Fiscum , non saltem à Jctis
 Francofurtensibus Responsum esse refert Brunnen. *Cent. i. De-*
tis. 85. sed & Jctos Saxonicos ita pronunciasse testatur Carpov.
P. 3. const. 5. Def. 16. verbis seq. Ihr könnet denn erweisen und
 darthun / daß der Testator nicht freywillig / sondern seinem
 Weibe zu Gefallen / von welcher Er mit harten Worten /
 und ungestümēn Auhalten dazu bracht worden / testiret hätte /
 auf solchen Fall wäre das Testament nichtig / derowe-
 gen des Testatoris Verlassenschafft unter die nächsten Erben
 ab intestato billig vertheilet würde / und hätte der Fi-
 scus daran kein Recht noch Forderung. Add. Barry de Success.
Lib. i. tit. 9. numer. 10. Manz. de Testament. Valid. Tit. 3. Qu. 1.
Perez. ad Cod. tit. Si quis aliq. test. prohib. n. 3. Bardili conclus. Theor.
Pract. Exerc. 3. th. 3. lit. e. Planē si ipse compellens heres fuissest ab
intestato , Fisci Successioni tunc omnino locum fore , ab omni
dubitacione remotum est. per tot. tit. ff. & cod. Si quis aliq. Test. prob.
vel coeg. Stryk. de Succ. ab intest. Diff. 12. cap. 1. §. 20. 21.

§. VIII.

Male etiam Fisco illi favent , qui , si Conjux conjugem oc-
 ciderit , occidentem pro indigno haberi , & hereditatem Fisco de-
 ferri , indistinctè statuunt : *per l. 3. ff. de his quæ ut indign. l. 20. ff.*
eed. tit. l. 27. ff. de Jur. Fisc. Bocer. de Regal. cap. numer. 46. Schütz.
comp. Lauterb. tit. de Success. ab Intest. prope fin. Egid. Bosfius Tit.
de his quib. ut. indign. Peregrin. de Jur. Fisc. Lib. 2. Tit. 2. numer. 8.
Andr. Kohl. de Success. conjug. Part. I. num. 21. Enimverò distin-
 ctione opus est , an Successio ex Paetis Dotalibus , an verò ex Sta-
 tuto & Dispositione Legis , occidenti delata fuissest , item an con-
 jux ipse occiderit , an homicidium ab alio commissum saltem
 non vindicaverit : priori casu plane pro incapaci conjux haben-
 dus , adeoque non Fiscus , sed heredes ab intestato succendent ,
 quomodo enim conjugi quid auferre Fiscus poterit , cui nihil
 plane delatum est ? Non-entis siquidem nullæ sunt qualitates.
l. 4. s. 1. ff. de Act. Empl. Vend. Tübingens. p. 6. conf. 294. n. 15. poste-
riori verò casu conjux quidem heres est , (liquidem minus delin-
quit

quit, qui occisum non vindicat, quam qui ipse occidit:) sed ipsi ut indigno hereditatem auferet: quo pertinet l. 20. ff. de his quib. ut indign. & l. 27. ff. de Jur. Fisc. quod cum opera professa pluribus explicet. Petr. Barbosa in l. Si ab Hostibus. 10. §. 1. ff. Solut. Matrim. eumque secutus Stryck. de Success. ab Intest. Diff. s. c. 1. §. 27. lectorem eo ablegasse sufficiat, add Mylerus de Princ. & St. Imp. c. 68. n. 6. qui indistincte pro heredibus occisi responder, hoc inductus argumento, quod contra Fiscum in dubio pronunciandum sit. l. 10. ff. de jure Fisc. Nicol. Everhard. Conf. 144. n. 13. facit & cum Mylero Bullaeus Confil. l. Qn. 13. cui Heidemannum, Cothmannum, aliosque Jctos subscriptissime refert.

§. IX.

Præmissa occasione quæstio est, An, quod jure Romano, de herede vindictam necis defuncti omnino negligente, sanctum legitur in l. heredem 17. ff. de his quib. ut indign. l. 1. l. minoris 6. cum l. seqq. l. cum fratrem. 9. cum l. seqq. Cod. eod. tit. l. cum Fisco. 9. l. si sequens 15. ff. de jur. Fisc. etiamnum hodie obtineat, hoc effectu, ut hereditas tanquam indigno ipsi auferri, & Fisco vindicari debet? Evidem Heigius p. 2. Quæst. 34. per tor. Fisco hereditatem hoc casu addicere non dubitat, cum Fiscus intentione in Legibus fundata nitatur, & juris correctio non præsumatur: Myler. Hyparchol. c. 7. §. 11. n. 17. Valasc. T. 1. Consultat. 72. numer. 3. 23. 24. Klock. V. 1. Conf. 51. n. 299. Gail. L. 1. Ol. 138. n. 7. cum tamen pœnam hanc privationis hereditatis, contra heredes defunctorum necem hand vindicantes, in desuetudinem abiisse, non contemnendis rationibus evincat Carpzov. in Pract. Crim. p. 1. quæst. 34. n. 74. seqq. & Decis. Illuſtr. 162. n. 19. idemque testentur Schilter. in prax. jur. Rom. in foro Germ. Exerc. 38. s. 180. Hahn. ad Wef. tit. de his quib. ut indign. Sande Decis. Fris. l. 4. tir. Def. 5. Jul. Clar. lib. 5. Sententiar. §. fin. Quæst. 79. n. 8. Nicol. Reusner. lib. 1. Decis. 20. n. 62. Brunn. proc. Inquisit. cap. 1. n. 19. Mev. p. 5. Dec. 300. n. 2. 3. imo ipse Jurium Fisci Patronus, M. Anton. Peregrin. de Jur. & Privil. Fisc. lib. 2. tit. 5. in fin. afferat: Pœna ablationis bonorum ob inultam necem defuncti de consuetudine non servatur, sed pro rōsus receffit ab au-

R

la,

ita, & ita servatur. Ant. Matthæi, ad tit. ff. ad L. Jul. de Sicar. cap. 7.
 §. 10. Huber. tit. ff. de his quæ ut indign. §. 2. Struv. Synt. jur. Civ. Ex-
 erc. 34. §. 50. qui unanimi fere consensu docent, sufficere, si here-
 des delictum Magistratui denuncient, ipsique vindictam com-
 mittant, Imperator etiam Carolus V. in Ord. Crim. art. 214. accu-
 sandi necessitatem indistincte, & quolibet in casu privatis remi-
 serit: verb. Es soll niemand in diesen oder andern dergleichen
 Fällen zu klagen wider seinen Willen nicht genöthiget wer-
 den: Sane nec ego, ob intermissam ab herede accusationem, he-
 reditatem Fisco adjudicare audeo, cum & alias in pœnalis be-
 nigniorem sententiam amplecti deceat: L. si Preses 32. fin. & l. in-
 terpretatione 42. de Pan. Menoch. de præsumt. lib. 5. præs. fin. num. 2.
 Carpz. Decis. 50. n. 14. 15. Cum satis abundeque Imperiale sit
 humaniorem sententiam pro durioribus sequi. l. 2. fin. Cod. de
 communi serv. manum. l. 8. cod. de Paß. convent. & quantumvis odi-
 um sit rationabile, semper tamen in pœnalis extensio cessare
 debet. Klock. de contrib. c. 19. n. 583. Tübingens. p. 5. conf. 234. n.
 20. vid. Carpzov. cit. loc. n. 86. ubi JCtos Lipsienses inter alia re-
 spondisse refert: Ist Euer Ehe-Mann und Vater vor 14. Ta-
 gen von P. K. so nunmehr flüchtig/ohne gegebene Ursach/mit
 einem Stecken entleibet worden. Da ihr nun dessen vindica-
 tion Eurem Gerichts-Herrn/ als welchem die Ober-Gerich-
 te zuständig/ anheim stellen würdet/ so wäre der Gerichts-
 Herr wider den flüchtigen Thäter gebührlich zu procediren
 „schuldig/ und Ihr hättet euch dadurch/ gedacht Euers
 „entleibten Ehe-Manns und Vaters Erbschafft nicht ver-
 lustig gemacht. V. R. W.

§. X.

Quod de Herede, necem defuncti non vindicante, dixi,
 id ferè etiam de aliis, quibus ut indignis Leges Romanæ heredi-
 tam auferunt, & Fisco eandem applicant, dicendum arbitror;
 Quamvis enim in universum dicere non audeam Titulum ff. &
 cod. de His quib. ut indign. in desuetudinem penitus abiisse, aut
 contrario usu abrogatum esse, quasi indigni hodiè pro incapaci-
 bus

bus indistincte habeantur, eo effectu, ut non Fiscus, sed illi qui citra delictum succedere debuissent, ad hereditatem sint admittendi, uti quidem post plures tradunt Christinae Vol. 1. Decis. 200. & Vol. 5. Decis. 4. & ap. Klock. V. 2. conf. 46. n. 11-15. nam nec perpetuum, nec ubique locorum hoc receptum, sed dicto Titulo usum suum adhuc, praesertim in Germania, extare, tradita Anton. Fabri in cod. lib. 6. tit. 15. def. 4. & Error. Pragm. Dec. 33. Heigii p. 2. qu. 34. n. 44. it. Klockii cit. loc. n. 21. ubi præjudicium habet evincunt, juxta quorum sententiam apud Mevium. p. 5. Decis. 153. pronunciatum quoque est: attamen cum negari nequeat, quam sc̄epissimè ob heredum favorem, in odium Fisci statutum responsumque fuisse, Annæus Robert. lib. 3. Rer. judic. cap. 7. ut Sandius Dec. Fris. lib. 4. tit. 4. Def. 5. non vereatur scribere: *Totus ille titulus de his quæ ut indignis, apud plerasque gentes abrogatus est: hinc reætæ concludit Lauterbachius Coll. Theor. Praef. Tit. de his quæ ut indigni.* §. 6. fin. secundum mores cujusque loci, in dubio vero contra Fiscum, judicandum.

§. XI.

Fiscum heredem, legatorum vel fideicommissorum servandorum causa, non teneri cavere, citra differentiam, Doctores statuant, quia in l. 1. §. 18. ff. Ut legat. vel fideicommissa causa cav. Ulpianus generaliter scribit: *Si ad Fiscum porro hereditatis pervenerit, cessabit ista stipulatio, quia Fiscus non solet satis dare.* Ait, quoniam hoc Ulpiani Responsum, merâ nititur præsumptione, quia, juxta ipsius Icti assertum, in l. 2. §. 1. ff. de Fundo dot. ait: *Fiscus semper idonus successor & solvendo: quæ præsumptio juris tantum est, & probationem in contrarium non respuit: l. Nuptura. 57. in fin. ff. de Jure Dot. l. 23. pr. ff. Quod met. caus. l. si. chirograpnum 24. & l. 29. ff. de Probat. Menoch. de Presumt. lib. 1. Praef. 60. n. 2. Rauchbar. part. 2. qu. 3. 14. sed nihil operatur, ubi veritas appareat in contrarium Gail. l. 2. Obs. 144. n. 6. & Obs. 128. n. 12. Surdus Decis. 246. num. 11. Mev. p. 2. Dec. 362. n. 5. vid. Pacian. l. 1. de Probat. c. 8. & seqq. hinc non erravero, si, indistinctam ab onere satisfactionis immunitatem, Juribus & Privilegiis Fisci male accenseri, dixerim.*

R 2

Lau-

Lauterbach. Coll. Theor. Pract. Tit. Ut legat, vel fideicommiss. serv. caus. cav. §. 8.



CAP. V.

De his quæ Juribus & Privilegiis Fisci in Materia Delictorum perperam accentur.

S U M M A R I A:

§. I. An Princeps Confiscationem Bonorum certis criminibus de novo statuere possit?

Respond. Negando.

Quibus in casibus Confiscatio adhuc hodie obtineat.

Contra novos confiscandi modos allegatur autoritas Cameræ Imperialis, & præjudicium Facult. Jenensis.

Bona Sagarum & Maleficorum confiscari nequeunt.

§. II. Nautâ vel aurigâ vecligalem defraudante, ipsorum mercatorum & Domini res haud cadunt in commissum.

Regressus, qui domino contra aurigam assertur, rem non conficit.

A Procuratore Judiciali ad au-

rigam male argumentum procedit.

Omnis consuetudo debet esse rationabilis.

Dd. sententiis contra rationem, insufflendum non est.

Contra merces profitentem, lices veltigal non solventem, pœna commissi non obtinet.

Omnis præsumptio delicti exclusiva.

Allegatur Præjudicium ex Zieglero.

§. III. Malè assertur Fisco jus tate hypothecæ in bonis delinquentis ratione pœnae.

Explicatur l. 46. §. 3. ff. de Jur. Fisc.

Textris generalis ex speciali explicandus,

Nemo

- Nemo cum alterius jactura debet locupletari.*
- Allegantur dissentientes.*
- Jure Lubecens. & Wurtenberg. contrarium statutum.*
- §. IV. *Fiscalis, pro Fisci interesse, ob levius quodvis delictum malè actiones intentat.*
- Contra nimias multas Fiscales ex Seckendorff allegatur locus.*
- Judex ex officio inquisitionem instituit.*
- Hoc tamen ad delicta majora & scandalosa restringendum.*
- Inquisitio Fiscalis famam sugillare videtur.*
- Quacunque injuria talēm non admittit.*
- Probatur hoc præjudicio ex Capro.*
- Et constitutione Mecklenburgica.*
- Aliud tamen in delicto notorio, & confessato.*
- Modo fiat absque ambagibus Inquisitorialibus.*

§. I.

In Delictorum materia juribus Fisci perperam accenserii à nonnullis maximè hoc videtur, quasi Principes aliquę Regionum Domini, bonorum confiscationem certis criminibus de novo statuere possint: vid. Rhetius *Inst. Jur. Publ. lib. 2. tit. 21. §. 5.* Licet enim Confiscationem bonorum plane & in totum sublatam non arbitrer, com omnino non saltem in crimine Læsæ Majestatis, & Perduellionis, verum etiam in aliis delictis, quibus capitis supplicium haud statutum, ob quæ olim Fisco bona principaliter vindicata sunt, illa etiamnum hodie obrineat: per Constit. Crimin. Caroli V. art. 218. verb. Oder sonst in andern Säulen/ so der Ubelthäter Leib und Gut nicht verwircket: quibus sane verbis delicta non capitalia, quod ea una cum Crimine Majestatis sint excepta, perspicue satis intelliguntur, ita ut confisatio hic obtainere debeat, si nempe alias eam irrogari Lege cautum fuerit: vid. Illustr. Dn. de Lyncker in *Dissert. de Bonis E-repititiis*, §. 9. & in fin. ubi præjudic. Facult. Jenenf. quia tamen ad duos hosce casus (criminis scilicet Læsæ Majestatis & delictorum, ob quæ bona Fisco olim applicata sunt, non capitalium.) Confiscationem bonorum Sacratissimus Imperator restrinxit,

omnesque, quæ imposterum in contrarium tendunt, consuetudines alias, sustulit, quo ipso Consuetudines futuræ adeo etiam excluduntur, ut ne quidem immemoriali tempore robur aliquod accipere possint. Mod. Pistor. 2. *Conf.* 10. *qu.* 2. Covarruv. 3. *Resol.* c. 13. n. 5. sāne vel maxime dubitationis alex subest, Principes Imperiū Status vigore Superioritatis Territorialis ex aliis insuper causis ac delictis, bona privatorum Fisco suo assignare, adeoque confiscationem novis ex causis pro libitu introducere posse. Hinc etiam est, quod rotunde hoc neget Mylerus *de Princip. & Stat. Imp.* cap. 68. §. 12. & 14. hancque negativam in contradictorio Cameræ Imperialis Judicio palmam obtinuisse testatur: eidem adstipulantur Lauterb. *Coll. Theor. Pr. tit. ff. de Bonis Damnat.* 6. 8. *in fin.* Rosenthal. *de Feud.* cap. 5. *Conclus.* 62. & 96. Knipschild. *de Civit. Imper.* lib. 2. cap. 15. numer. 34. Adam. Keller. *de Success. ab intest.* Klock. *de Aerario lib.* 2. cap. 140. numer. 14. seqq. & juxta hanc sententiam à Jctis Jenens. pronunciatum esse refert Dn. Lyncker. *in alleg. Dissertat. in fin.* pag. 74. his verbis: So mag dannenhero einige Confiscation, außer dem in jure Justinianno ausgenommenen Crimine Læsa Majestatis, und wo darinnen sonst die Einziehung oder Verwürfung des Guts principaliter geordnet / oder dergleichen in denen neuern Reichs-Constitutionibus geschehen ist / nicht eingeführet werden. Nec male ex hoc concludit Mylerus *all. loc.* quod bona sagarum & beneficarum, nullo jure confiscari possint: uti quoque docent in terminis Binsfeldius *de Confessionibus Maleficorum p. 1. Prælud.* 14. Besold. *Confil.* 95. *per tot.* Knipskild. *dicit. cap. 15. n. 36.* Klock. V. i. *Confil.* 24. numer. 1. & *de Aerario. lib.* 2. cap. 85. numer. 34. & seqq. Lyncker. *all. Dissertat. in fin.* pag. 75. licet contrarium defendere allaboret Tiber. Decianus *lib. 5. Prax. Criminal.* cap. 26. numer. 7. & Goldastus von Haimins-Geld / im Rechtlichen Bedenken / von Confiscation der Zauberer und Hexen-Güther. *per tot.*

§. II.

In criminē Defraudatā Vectigalis nimio quoque favore Fisco addicti sunt, qui, Si nauta vel auriga res celaverit, ac vectigal solvere dolose intermisserit, non tantum res vectoris proprias, navem scil. equos, currum, sed & ipsas merces ipsorum mercatorum vel Domini, Fisco in commissum cadere docent: Klock. de Vectigal. conclus. 89. lit. 6. Schilter. prax. Jur. Rom. in foro Germ. Exerc. 42. thes. 60. Köppen. Decis. 50. n. 23. Mev. ad Jus Lübec. lib. 2. tit. 3. artic. 6. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 6. n. 165. Rosenthal. de Feud. cap. 5. conclus. 39. lit. D. Cum enim commissi poena vel dolium vel culpam praesupponat; poena siquidem sine fraude esse non potest, l. 131. pr. ff. de V. 5. & ibi p̄na esse debet, ubi & noxia est. l. 22. Cod. de Pan. nulliusque delictum innocentia poenæ esse iura volunt. l. 2. §. 7. ff. de Decurion. non apparet, quo fundamento illa in domino innocentia, qui nihil commisit, locum obtinere valeat: Quod enim asserunt, ipsum mercium dominum ad vectigal teneri, cumque contra negligentem vel defraudantem aurigam habere regressum, hoc planè rem non conficit: quid enim consequentia, Dominus ad vectigal tenetur, ergo non soluto eodem, res statim ejus nihil committentis in commissum cadunt? cum ad hac omnino fraus requiratur l. fraudati vectigalis 8. ff. de Publicam, hinc ejus res Fisco in commissum cedere Ulpianus notat in l. 14. ff. de tir. qui crimen hoc contraxit, quod vero de innocentia Domino dici nequit: Regressus quem adversus aurigam concedunt, triste admodum, quin imo ab omni aquitate alienum, solatum est, quodque Jura & Leges de culpa vel negligencia Procuratoris judicialis, qui per litis contestationem Dominus factus, constituunt, ad aurigam, utpote nudum operæ locatorem, malè applicari, quis non videt? quod vero sententia hæc, Schiltero cit. loc. ita prætendente, usū recepta vigeat, ab iniqutatis notâ neutiquam eam vindicat, cum qua ratione & aquitate consuetudo destituitur, abusum potius & correptelam sapiat, nec ulla vi pollere possit: Caballus tract. de omni genere homicid. n. 73. Brunn. Jus Eccles. l. 1. c. 3. §. 8. Imo multi aliquando cre-

credunt consuetudinem & aberrant, inquit Reinking. *de R. S. & Eccl. l. 2. cl. 2. c. 9. n. 19.* & in consuetudine afferenda JCti, quamvis exercitatisimi, facile decipiuntur. Cothman. *V. 5. Rep. I. n. 499.* licet enim hōrm traditiones non temere repudiāndā sint, tamen nihil injustius nihilque periculosis est, quam contra rationem certam, judicando aut consulendo, probare sententiam interpretum, Cothman. *V. 1. Rep. 2. n. 284.* Quare justitiae & aquitatis tramite nixi, contrarium recte tuentur, Dn. Schwerer. *de Jur. Publ. Pert. Spec. Secl. I. cap. 20. §. 7.* Gœhauf. *Peric. Acad. p. 3. q. 7.* Lauterbach. *Coll. Theor. Pract. tir. de Vectigal. §. & Diff. de Jure in Curia Mercat. usit. th. 60.* Myler. *de Princ. & Stat. Imp. cap. 64. §. 10.* Rumelin. *ad A. B. D. 8. th. 28.* Wurmser. *Exerc. Jur. Publ. 6. qu. 18.* Harprecht. *V. 3. Conf. Tubing. 47. n. 52.* & hanc sententiam non saltem communem, sed & in Camera Imperiali confirmatum esse, ipse dissentiens Klockius *cit. loc. afferit*, facitque pro illa non saltem *L. Fraudati 8. ibi: portiones ceteris non auferuntur & L. Cotem. 11. §. Dominus ibi: navis Domino restituitur ff. de Publican.* sed & quod Marcianus in *I. ult. §. 11. ff. eod. tit. ait: Magnus Antonius rescripsit, si colonus vel servi domini prædiū ferrum illicite in prædio facerint ignorante domino, nulla pœna dominum teneri.* Dictum fuit initio hujus §. & ex LL. constat, rebus celatis, acharum nomine vectigale non soluto, eas in commissum cadere: inde quaestio se offert, Utrum Fiscus hanc pœnam, profitenti licet merces, vectigali tam non solventi, statuere quoque possit? & merito Negat. obtinet: cum enim qualibet causa sufficiat, ut quis à pœna ob Gabellam non solutam excusetur. Klock. *de Contribut. c. 19. n. 566.* insuper absque culpa vel dolo, utrum pœna locus, quaestio inanis sit: Nequid enim pœna sine fraude esse potest, cum cessante dolo, de pœna quadam tractari in civile esset. Confil. Argentor. *V. 1. Conf. 41. n. 15.* merces quoque professus, vectigali licet hoc emergentes causas forte non soluto, nec doli nec culpæ, (utpote omni præsumtione delicti existente exclusiva, Hondonedæ. *V. 1. Conf. 96. n. 35.* Peguera. *Dec. 14. n. 20.* *Dec. 78. n. 15.* Reinking. *Rep. de Sag. qu. 3. n. 225.* Vultej. *V. 1. Conf. 20. n. 193.* *V. 2. Conf. 7. n. 75. 76.* Klock. *V. 3. conf. 197. n. 17.* Menoch. *l. 5. Praef. 2. n. 6.*) argui possit. *l. 16. §. 12. ff. de Publican. & Vectigal.* merito contra Fiscum respondendum

dendum erit. Harprecht. V. 3. Conf. Tubing. 47. n. 53. Et ita pronunciatum quoque teste Zieglero de Jurib. Majst. I. 2. cap. 12. §. 3. à Facult. Jurid. Wittberg, fuit, his verbis: Wenn nun gleich A. die von Ihm in das Schiff gebrachte Ochsenhäute nicht richtig verzollet; dennoch aber und dieweil Er dieselbe bey des Raths zu Hamburg Zoll angegeben / ic. So sind erwähnte Häute nicht verfallen und werden auch nicht unbillig wieder ausgeantwortet / V. X. W.

§. III.

Nullo quoque fundamento nititur favor ille, quo Fisco in bonis delinquentis, à die latæ sententia & condemnationis factæ jus tacitæ hypothecæ asseritur, vigore cujus, non chirographarii saltem creditoribus, verum & posterioribus hypothecariis, sive expressis sive tacitis, præferendus sit: quam sententiam tueretur Carpzov. p. 1. conf. 28. def. 104. item Jul. Clarus lib. 5. sentent. 6. ult. quæst. 78. num. ult. cum enim generaliter scriptum extet, pœnis Fiscalibus creditores præferri, l. un. Cod. Pan. Fisc. cred. præf. & Modestinus in l. 17. ff. de Jure Fisc. dicat: *Sciendum est omnium Fiscalium punarum petitionem creditoribus postponi.* idemque velit Papinianus in l. 37. ff. de Jur. Fisc. his verbis: *Quod placuit, Fisco non esse pœnam petendam, nisi creditores suum recuperaverint: et pertinet, ut privilegium in pœna contra creditore, non exerceatur:* unde quæso patescit, quo fulcro prædicta sententia defendi queat? Quod enim generalitatem textus (ad quem Carpz. all. loc. provocat) in l. auferuntur 46. §. 3. ff. de Jur. Fisc. attinet ubi JCtus ait: *Fiscus semper habet ius pignoris:* illa procul dubio ex aliis textibus explicanda venit, atque uti ex ipso legis contextu videre est, ad stools contraictus, aliasque, extra delicta, causas, pertinet; nam textus generaliter loquens recipit restrictionem secundum aliam legem specialiter loquentem, Carpz. p. 14. decis. 25. n. 22. l. II. ff. de in jus voc. cum & aquitas naturalis suffragetur, ne creditores, sive chirographarii sive hypothecarii sint, quia de damno vitando certant, iis creditoribus, quorum causa circa lucrum captandum versatur, (qualis est Fiscus ex delicto per multæ exactionem locupletari gestiens) postponantur. In dubio enim (quidni in clavis) interpretatio pro eo facienda, qui certat de damno vitando.

S

Rich-

cl


Richter. Vol. 2. cons. 194. n. 5. Menoch. l. 2. pref. 72. n. 3. cum omnis interpretatio habere debeat duos comites, bonum & æquum. Cyriacus controv. 478. n. 49. & Judex ex officio & possit & debeat providere, ne quis cum alterius jactura lolupletetur, imo, si id non faceret, peccaret. Stephani de Officiis. Judic. l. 3. c. 32. Unde rectius & æquius contra Fiscum pro Creditoribus hic respondent, ipsique, pœnarum intuitu, hypothecam denegant Struvius Synt. jur. civ. tit. ff. in quib. caus. pign. vel Hypothec. tac. thes. 15. Beier. ad Schnob. Disp. 12. thes. 8. Gloss. ad l. 46. §. 3. ff. de Jur. Fisc. Franzk. ad rit. ff. de Pignor. n. 33. Perez. in cod. tit. de privil. Fisc. & ad tit. penis fiscal. credit, præferri n. 5. sèqq. Lauterb. Coll. Theor. pr. tit in quib. caus. pign. vel Hypoth. tac. s. 11. quin & ipse Neguzantius dict. tract. part. 2. membr. 4. n. 115. quem pro se allegat Carpzov. cit. loc. de Juffitia hujus asserti dubius, autor est, hanc hypothecam non operari, nisi contra delinquentes, vel alios Possessores sine titulo: Brunn. ad l. un. C. de Pæn. Fisc. & ad l. 2. c. in quib. caus. pign. tac. contrah. B. Dn. Stryck. ad Brunn. de concursu credit. c. 5. §. 38. ibi: Possessor. Evidem Jus Lubecense omnibus Fisci creditis, ex delicto licet ortis, hypothecam & præferentiam tribuit, uti de hoc testatur Mev. ad Jus Lubec. part. 3. tit. 1. art. 12. n. 12. idemque de Jure Wurtenbergico refert Lauterbach. cit. loc. sed quod hoc vel illo Statutario Jure, in Fisci favorem, specialiter cautum est, hoc in genere Juribus ac Privilegiis Fisci perperam accenſetur.

§. IV.

Similiter & illi ulteriori, quam æquitati conformi est, favore, Fisco addicti videntur, qui pro ejus interesse, contracti jus cunque, etiam levis Delicti, & qualis qualis excessius, v. g. levioris injuria reum, Procuratorem Fisci experiri posse, statuunt, dummodo mulctam, & aliquod compendium pecuniarium Fisci nanuscatur: Da doch (uti piè monet Dn. Seckendorff im Christen-Staat p. 2. c. 11. §. 3.) bey recht Christl. Obrigkeit keine Begierde noch Lust Platz finden soll / die Unterthanen nur allein darum in Straße zu ziehen / daß es einen Geld-Nutzen eintragen möchte; Und so würde man an etlichen Orten mehrrente hiezu erfundene Fiscal-Rempten nicht bedürft haben. Quanquam enim, accusatore etiam plane nul-

lo existente, Judicem ex mero officio per viam inquisitionis posse & debere procedere, haud negaverim, cum Reipublicæ intersit ne delicta maneant impunita, l. 13. ss. de Offic. Presid. quo spectat Novella 128. §. Jubemus cap. 21. qua sanctum ab Imperatore, ut Magistratus quorumcunque criminum reos per se conquerant, neque amplius ea in re Irenarcharum aut Latrunculatorum, Stationariorum, Curiosorum, sive Tribunorum, aliorumve, quibus arma Provincialibus detrahere liceret, operâ uterentur: demque Carolus V. constituit in Ord. Crimin. artic. 214. Wo der Beschädigte nicht peinlich klagen wolte/ so soll dennoch die Obrigkeit den Thäter nicht destoweniger von Ampt's wegen rechtfertigē/ und nach Gelegenheit der Person/ und überführung straffen lassen: quod pluribus persequitur Heig. part. 1. quest. 39. Mev. p. 5. decif. 300. n. 3. p. 4. dec. 176. n. 11. merito tamen hoc ad delicta majora ac scandalosa, quibus Reipublicæ infringitur tranquillitas, quorumque cognitio ad Judicem merum Imperium habentem, spectat, restringit Carpzov. in Process. Jur. Tit. 1. Art. 4. §. 5. Cum enim Inquisitio, quæ per Fiscalem fit, famam inquisiti apud honestos viros minuat atque eidem detrahatur, Menoch, de presumt. lib. i. pref. 88. n. 9. 10. Cothmann. Vol. 3. cons. 30. n. 155. & Repb. 29. n. 125-129. Mev. p. 5. dec. 301. n. 4. cui non videtur durum, propter qualem qualem excessum quem in Jus vocare Fiscali licere? unde in quaunque injuriarum causa fas non esse, inquisitionem formari, docet Mev. p. 6. dec. 12. n. 1. p. 7. dec. 114. n. 2. & Carpz. cit. loc. & in Pract. Crim. p. 3. quest. 107. n. 32. seqq. ubi JC tos Lipsienses ita respondisse refert: Dieweil die Inquisitional-Articul, so Ihr dem Raht zu Meissen übergeben/ etliche Injurien, derowegen Ihr gedachten Leudering zu besprechen habt/ belangen/ so ist der Raht darauff Inquisition anzustellen nicht befugt/ sondern Ihr seyd Ihr solcher Injurien halber/ da mit Ihr Euch angegriffen/ und wegen des Grevels/ den Ihr in Eurem Hause geübt haben solle/ gebührlichen zu belangen schuldig &c. quæ sententia quoque placuit Serenissimo Mecklenburgensium Duci, Domino meo Clementissimo, cum enim in Gravaminibus der Neckenb. Ritter- und Landschaft in Additam. ad Class. 6. num. 10. inter alia fuisset propositum, daß auch

auch mehrmahlen ex injuria privata, Fiscalische Processe gemacht werden / zu merclichen Schaden der Interessenten: Dux clementissime respondet: Dass wenn keine atrocitas injuriarum sich befinden solte/denen Blägern obläge/ohne Zuthun Fiscalis die actionem injuriarum criminalem für sich selbst auszuführen. Vid. omnino Zanger, de quæst. in Procam. n. 30. & in Comment. ad L. Decret. c. 22. de Sentent. & Re Judic. & ibidem alleg. præjudic. Scabinorum Lipsiensium. Planè si levius delictum notorium prorsus, & confessatum, vel delinquens convictus fuerit, quin magistratus mulctam aliquam pro interesse Fisci, (absque tamen Inquisitorialibus, existimationem fugillantibus, ambagibus) exigere posit, dubitari non meretur, quod etiam concedit Carpz. in process. jur. & pract. crim. cit. loc. Mev. p. 6. dec. 12. numer. 2.



C A P . V I .

De his quæ in Judicio & Processu Judiciario Juri- bus & Privilegiis Fisci perperam accensentur.

S U M M A R I A .

§. I. Causa Fisci non semper est Summa.

Distinctione inter debita Fisci peculiaria, & que sum privatis ipsi communia, opus est.

Ob Fisci favorem naturalis Ju-
dicatorum ordo haud interver-
tendus.

Fiscus & Ecclesia cultrix justitiae
Debitor Fisci succumbere sappel-
lare potest.

Allegatur præjudic. ex Harp-
rechto.

§. II. Fiscus in Processu Inquisitorio
ordinario modo procedit.

Inquisitio in locum accusationis
succedit, inde hanc frequentior.

Surrogatum sapit naturam sur-
rogantis.

In Constit. Crimin. eadem cura
in processu Inquisitorio, ac
quocunque criminali, injun-
gitur.

Exceptiones, inepte accusationi
opponende, etiam in inquisi-
tione valent,

Teres

- Testes pro Fisco examinati, super Interrogatoriu*s* rei repeti debent.**
- Fiscus, ex officio quoque procedens, nihil quod ad defensionem facit, reo denegare potest.**
- Acta Inquisitorialia reo communicanda.**
- Quod autoritat Dd. probatur.**
- In criminis planè notorio plura de processu remitti possunt.**
- modo defensionis & innocentiae deductioni non fiat præjudicium.**
- Hujus iugens favor.**
- §. III. Fisci Procurator nonnunquam super Expensis, Injuriis & reconventione, cavere tenetur.**
- Ratione calumnia nulla interfiscalem & alium accusatorem differentia.**
- Urgent hoc Status Provinciales Mecklenburgici.**
- Dni Gieffenses Fisci injungunt cautionem.**
- §. IV. Fiscales Juram. Calumniae frustra se substrabunt.**
- Respondetur ad Recess. Imper. de Anno 1654.**
- Sine lege non loquendum.**
- Exceptio firmat regulam in causibus non exceptis.**
- Obi major calumniae præsumtio, eò minus hoc Juram. remitti tur.**
- Fiscales hodie sapius calumniantur.**
- Theodoricus Italæ Rex Fiscalem suum egregiè instruit.**
- Maxima suspicio calumnia ad est, fiscalis de pœnis participet.**
- §. V. Officii ex eoque agendi necessitas à Juramento Calumniae fiscalem non semper eximit.**
- Syndici Universitatum, Collegiorum Seniores, & Tutores hoc quoque præstant.**
- Adversa parte contradicente, si ne justa causa per procuratorem**
- Juram. Calumniae præstari non potest.**
- Ita pronunciarunt Dni Gieffenses.**
- Praxis Cameræ, quod fiscalis de Calumnia baudjuret, non est uniformis.**
- Probatur hoc præjudicio.**
- Præjudicia Cameralia non ubi vis trahenda sunt ad exemplum.**
- Praxis Cameræ ad Fiscalem Imperii & Cœsaris restringenda.**
- Fiscalis hoc Juramentum renuens calumniae suspicionem incurrit.**
- §. VI. Quæ in Fisci Imperii deprehenduntur singularia, recensentur.**

- Dignitas à Calumnia Juram.
non relevat.
- Modus procedendi Imperialis
Fiscalis ostenditur.
- Privilegia extra casum haud ex-
tendenda.
- Fiscalem ad Juramentum Ca-
lumniæ teneri, duobus Dnn.
Lipsiensium & JCtorum Gieß-
ensium Responis comproba-
tur.
- §. VII. Exceptio Prescriptionis va-
lide Fisco opponitur.
- Prefertim ea quæ immemorialis
audit.
- Bonus Princeps Legibus sponte
vivit.
- Effectus prescriptionis juxta Re-
cessum Provincialem Meck-
lenburg. etiam contra fiscum
se exserunt.
- Idem assertunt Dni Giessenses in
alleg. Responso.
- §. VIII. Fiscalis innoxios sepe ex
terribus indicis in jus vocat.
- Contra hos, innocentia sua fre-
tos, inde dolorem excipiendo
contra eum vix temperantes,
injuriarum statim minatur
actionem.
- Hanc tamen non competere, pro-
batur Responso Facultatis
Gießenæ.
- §. XI. Advocatisse circa Probatio-
nes privilegia sepe affectant.
- Antequam intentionem suam

probaverint, reis exceptio-
nem suam probandam, bac-
que non probatā, condemnan-
dos esse volunt.

Iniquum tamen hoc esse, ostendi-
tur.

§. X. Anjuramentum, nulla præ-
via præsumptione vel aliquati
probatione, deferri possit?

Allegantur Dd. pro Affirmativa
& Negativa.

Huic subscribitur.

Autor & Reus sunt Correlata.

Hinc idem de utroque judicium.

Major in fine litis favor Rei præ
Actore.

Creditoribus paternis filium
convenientibus incumbit pro-
baris, cum animo exis alieni
solvendi hereditatem adisse,
nullaque existente præsumti-
one filio juramentum deferre
nequeunt.

Negativæ sententiæ consentit
Ordin. Provinc. Mecklen-
burg. cuius verba examinan-
tur.

Interpretatio semper talis fieri
debet, ne verba sint superflua.

Multum tamen Judicis arbitrio
hic tribuendum.

Ingens juramenti præstite est vis.

§. XI. XII. Sententia Negativa
exemplis illustratur, & huc e-
gregie faciens Reformat.

Francfurt, allegatur.

§. XIII.

§. XIII. Ad causas Fiscales sit applicatio, idemque quod circa iuramenti delationem in privatibus dictum, etiam in fisco e- jusque Advocato obtinere, docetur.

Juramentum est subsidiaria & extraordianria probatio.

Allegantur pro sententia hic de- sensa, prejudicia JCtorum

Erfordens. & Dnn. Gieffen- sum.

§. XIV. Fisci Procuratores & Ad- vocati in causa succumbentes aliquando in panas temere litigantium incidenti.

Probatur hoc rationibus & au- toritatibus Doctorum.

Et tandem egregiis verbis Brunnemanni abrumpitur.

§. I.

Quantum Judicariarum Processum attinet, male ad Jura Fisci uno ferè calamo referunt, causam ejus semper summariam esse, & levato velo agi debere, proinde & debitores Fisci, sine judicii strepitu, ad solvenda debita juberi posse. Matth. de Afflict. de Feud. in tit. de Fratribus de novo benef. invest. Privil. 9. n. 9. Brunn. adl. quoniam 18. cod. de Appellat. quem errorem meritò notat Mev. p. 9. Dec. 153. n. 1. Enimvero distinctione res hic concilianda ve- nit, inter debita quæ Fisci propria & peculia ria sunt, quale est ve- Etigal, tributum &c. vid. B. Dn. Stryck. In introd. ad Prax. Forens. c. 1. §. 13. & quæ cum privatis communia habet, qualia sunt, quæ ex contractu nascuntur, & quoties in privatorum ius succedit: Illa summariter tractanda esse non nego, cum omnino Reipublicæ intersit, hujusmodi debitorum præstationes, quæ publicis levandi oneribus ac necessitatibus inserviunt, per judiciarias amba- ges non retardari Mev. p. 1. Dec. 148. n. 12. Dec. 149. n. 21. & Dec. 107. Gail. l. 1. Obs. 20. n. 5. 6. Hæc verò servato judiciorum ordine ventilanda esse, censeo, etiam si ex mala rei Fiscalis administrati- one oriunda sint: Quanquam enim alias causarum Fiscalium favor quidam sit, nunquam tamen talis est, ut naturalis judicio- rum ordo, quorundam quoque spectant probationes, quæ plenariè secundum rei qualitatem, etiam in sumario, sunt facienda Stati. Pacif. de Salviano Interd. Inspect. 1. c. 2. n. 5. 6. intervertatur, uti bene loquitur Mev. p. 1. Dec. 204. in fin. vid Stephani de jurisdict. l. 2. p. 1. c. 7. M. 1. n. 311. 312. 316. Atque ita lites abbreviare decet, ne
ve-

veritas corrumpatur aut impediatur. Mev. p. 6. *Decis.* 219. n. 7. & p. 8. *Det.* 92. n. 5. 6. Ut enim Ecclesia, cultrix & auxtrix iustitiae, non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se, vel in alterum, juxta 2. Feud. 13. Fiscus sane contra iustitiam & aequitatem, per verso judiciorum ordine, in sui licet favorem, contra privatum aliquid fieri, velle ita non presumitur. Hancque sententiam satis comprobatur textus in l. quoniam 3. cod. de convenient. *Fisci Debitor.* ubi diserte, & per exempla, Impp. Diocletianus & Maximianus illustrant, quod *Fisci Procurator* (quem Rationalem suum vocant) juris ordinem sequi teneatur: quod enim ex cuiusque patrimonio cederit in casum, & legibus, & recto juris ordine *fisci Advocatis agentibus vindicetur.* l. 5. c. de Delator. add. Gail. lib. 1. Obs. 20. in fin. Quare etiam debitorem *Fisci*, qui per sententiam succubuit, ad exemplum cuiusque condemnati, appellare posse, statuo, propter Rescriptum Imperatoris Constantini in l. quoniam 18. cod. de Appellat. nam quod in contrarium legitur in l. Abstinendum 4. & l. ult. c. Quorum Appell. non recip. hoc non ad quemcunque *Fisci* debitorem, sed eum saltem, qui ex causa tributaria, vel simili, talis est, pertinere, ipsa verba evineunt, additâ ratione, quod publicarum necessitatum utilitas depositat, ne tali a commoda qua*Fisco* debentur, callidis debitorum artibus differantur. Quam sententiam quoque sequitur Mevius p. 1. *Dec.* 107. comprobatur. l. 18. c. de Appellat. & suam facit Harprecht. V. 1. cons. Tübinger. 14. n. 157. seq. hinc verbis: So gebet jedoch dieses weiter nicht an, als existlich in debitis, que *Fisci* sunt propria; auch secundo anders nicht, quam si illa sint certa: wofern aber die Sache annoch unrichtig ist / sic, ut haud improbabilis ad sit ratio dubitandi, an id, quod *Fiscus* ab aliquo pretendit, revera ei debitum sit? So hat diese Rechts-Regel durchaus nicht statt.

in 25 lineis, 20 columnis, 100 mm breit
mit 15 mm breitem interlineum, 15 mm Zeichenhöhe

§. II. supradictum. n. 11. disp. rovist
Utiverò in Civilibus ordinariâ *Fisco* procedendum est viâ, per dict. l. 3. c. de convenient. *Fisci Debitor.* ita multo magis, ubi in causa, ex delictis oriunda, pro interesse suo, per modum Inquisitionis experritus, ordinem judiciorum, optimum, ex sententia Mevii p. 4. D. 86. n. 3. & justum omnium rectorem. & dispensatorem,

rem, servare tenetur; Mev. p. 6, Dec. 292. n. 1. verbis: *Quippe accusator quicunque sit, seu sibi Procurator, seu alius, tenetur servare ordinem agendi consuetum.* Quāquam enim in Processu Inquisitorio, summarie saltem, ordine juris non observato, absque strepitu & figura judicij procedendum esse, velit Carpz. in Pract. Crim. p. 3. qu. 103. & passim. indeque ne quidem Acta Inquisitionalia inquisito, eo modo quo accusato debent, edenda esse statuat: quia tamen verissimum est, in locum accusationis Inquisitionem successisse, Carpzov. p. 3. crim. qu. 141. n. 22. Mev. p. 5. dec. 76. n. 9. ut hodie longe frequentior, quam accusatio, sit, & surrogatum sapere ac retinere debet naturam ejus, cui surrogatur; 1. si cum 10. §. 10. qui inquriarum 12. ubi Gloss. verb. danda. si quis caution. Mev. p. 1. Dec. 207. n. 6. similisque cum hoc juris & conditionis esse. Mev. p. 7. Decis. 220. n. 5. Carpz. l. 3. Rep. Elec. 21. n. 17. in Ordinatione quoque Criminali Caroli V. nihil privilegii Fisco in Processu Inquisitorio tributum inveniatur, quin potius Laudatissimus Imperator speciale curam ac sollicitudinem judicii in qualicunque Processu criminali injungat artic. i. verb. In dem allen eine jede Obrigkeit möglichen Fleiß anwenden soll / damit die peinlichen Gericht zum besten verordnet / und niemand unrecht geschehe / alsdann zu diesen grossen Sachen / welche des Menschen Ehr / Leib / Leben und Gut belangen seynd / dapser und wohl/bedachter Fleiß geschehe. Conf. Harprecht. V. 1. Conf. 7. n. 235. 236. 237. apte dicitur, eandem in inquisitione solennitatem, qua in accusatione, requiri, cap. qualiter. 17. cum seqq. & cap. 24. X. de Accusat. Sic Exceptiones, qua in accusationi inepte vel minus solenniter instituta, recte opponuntur, eodem vigore adversus inquisitionem valent, Mev. p. 6. Decis. 253. num. 5. Harprecht. V. 1. Conf. Tubing. 14. n. 54. Testes ad instantiam Rei, pro Fiso examinati super Interrogatoriis à Reo dandi's repeti debent. Handedæ. V. 1. Conf. 10. n. 28. & per tot. quin. 50. ita judicatum refert. jung. Farin. de Testib. Qu. 72. n. 144. ita etiam Respons. à Jenens. ap. Richter. V. 2. conf. 217. & in summo, quod Wifmariæ floret, Tribunali, ap. Mev. p. 2. Dec. 322. si. & ut verbo dicam, non minus in inquisitione, quam in accusatione, Ordinarium Precessum observandum esse: prout operâ profesa hoc non saltem

T

evin-

evincit Justus Oldekop. *tot. tract. contra Carpzov.* verum & alii egregii viri docent, eosque inter in primis Mev. p. 9. Dec. 153. cuius verba addidisse liceat: *Ubi Fisci Advocatus vel Procurator accusatoris partes suscipit, tunc tenetur observare, & sequi Processum Ordinarium, in quo omnibus ita versari, quomodo alium accusatorem procedere oporteret. & in ead. Decif. n. 5.* Quod alias de Fisco observatur axioma, eum non ultra privilegium esse, sed jure privatorum uti, nisi ubi lex vel consuetudo jus singulare tribuerit: hoc etiam pertinet ad Processum Iurisdictionale, nec tantum in causis Civilibus, sed etiam Criminalibus. Cothman. Vol. 1. Rep. 12. Reinking. in Rep. contra Sagas. Quest. 3. n. 361. Tabor, ad Barbos. Lib. 9. c. 86. Ax. 1. ubi hoc ampliat, etiam si consuetudo esset in contrarium. vid. Oldekop. in tract. de Appellat. n. 42. & seqq. M. Wesenbec. p. 2. cons. 98. num. 5. 6. 7. add. Chilian. in Praef. c. 2. n. 4. Speculat. Tit. de Inquisit. §. vijō igitur vers. hoc autem scias. Bartol. in §. si publico vers. quero utrum contra judicem, & l. infamem de Publ. Judic. l. libertorum ss. de Accus. Zanger. in tract. de question. in proam. n. 18. Card. Zabarell. clem. l. vers. quarto quero de Offic. Ordin. unde merito afferendum duco, quandocumque Fiscus summariè etiam, & ex officio, adversus delinquentem procedit, nihil ipsum reo denegare & auferre posse, quod inservire defensioni queat, sed totius Processus, Actorumque Inquisitionalium originalium, copiam, edere, nec non testium nomina, ipsorumque attestata communicare, teneri, quo reus defensione sua sollicitus esse, exceptionesque suas, tam contra personas, quam dicta testium, proponere valeat, prout monet Brunnen. de process. Inquisit. cap. 8. Membr. 3. n. 18. Justus Oldekop. cit. tract. Zanger. de Except. part. 1. c. 2. n. 15. Cothman. V. 1. Rep. 7. n. 61. seqq. & V. 3. Rep. 29. n. 153. 167. 169. Lyncker. Rep. 183. n. 35. quippe principium defensionis est in communicanda copia inquisitionalium, quem ideo JC dicunt divino & humano jure necessariam, inquit Mev. p. 7. dec. 401. n. 3. p. 6. dec. 292. n. 5. Idem dec. 253. n. 6. testatur, se non uno ex exemplo observasse, judices ad communicationem actorum fuisse faciles, ubi reus voluit docere, contra se inique inquire, nec esse à parte suâ, quæ inquisitionem mereantur. Et p. 2. Dec. 321. n. 8. miratur, de hac actorum inquisitionalium communicatione inter Dd. esse disputationem, quod, quomodo sine ea defensio solidè

&

& commodè fieri queat, non appareat. Viciisse tamen jam dum sententiam, quæ eam concedit, ut justiorem, & quiorem, i-
mò necessariam. Cui subscriptibit Klock. V. 3. conf. 135. n. 251. Ne-
que sufficit, inquit Harpr. V. 6. Conf. Tubing. 98. n. 13. 14. ut ei per u-
nam solum, vel alteram horam, acta perlustrandi facultas detur; cum in
tali persimilitudine & transitoria perlustratione, non omnia, quæ Cause &
Defensionis inquisiti necessitas postularat, tam exactè attendi & observari
queant, quam si eorum copiam habeat domi, ubi toties, quoties opus esse ex-
istimat, in labore deducendo sue defensionis, ad illa recurrere, & omnia
pressius considerare ei integrum sit. vid. Lincker. Resp. 167. n. 6. Planè
si de criminis ejusque qualitatum notorietate constat, plura de
Processu remitti posse non negavero; uti enim hoc casu probatio
non est necessaria, ita nec processus ille, qui probatoria concer-
nit, uti rectè argumentatur Mev. p. 6. decif. 153. n. 6. modò defen-
sio reo ubique relinquatur integra, hanc enim nunquam Fiscus
ipsi denegare poterit, sed ad deductionem defensionis & inno-
centiæ etiam delictum confessus, aut de eo convictus, admitten-
dus est, Judex enim ex officio pro rei defensione laborare debet.
Carpz. Pr. Cr. Qu. 141. n. 31. & seqq. cum multa etiam contra con-
fessionem excipi jure possint, uti ostendit Brunn. Proc. Inquisit. c. 8.
M. 3. n. 9. ubi per tot. defensionis materiam exhibet. Cum inno-
centiæ exceptio nunquam excludatur, licet lex vel statutum om-
nem excludat exceptionem. Stephani ad Art. 155. const. crim. Ca-
roli V. & innocentiæ & defensionis facultas ne quidem latâ sententiâ exclusa videatur. Nathen. in tract. aureo de Justit. Vulne-
rat. p. 1. tit. 3. c. 6. n. 12. cum pro reorum defensione nihil serumi sit
sed ad illam pertinentia quovis tempore proponi possint. Mev. P.
6. Decif. 291. n. 6. ut tali defensione & si non absolutionem, tamen
fortassis ratione circumstantiarum, ex accurata, defensione e-
mergentium, & juxta Klock. V. 3. conf. 135. n. 233. seqq. ex minima
sui varietate sive mutatione, totum jus mutantium, pœna miti-
gationem, obtinere possit. B. Dn. Mollenbec. Cent. 3. Divis. 83. Ad-
dit. 2. Carpz. in Pr. Crim. Qu. 115. n. 30. seqq. & in Juri spr. For. P. 4.
Const. 8. Def. 7. Jul. Clarus. Quest. 49. n. 13. Brunn. de Process. Inqui-
sit. cap. 8. Membr. 3. n. 37.

§. III.

Ex hisce judicari posse arbitror, num Juribus & Privilegiis Fisci reēte accenseatur, quod Procurator Fisci, actiones quoties in iudicio intentaverit, nunquam ad Cautionem, sive quāsiveris de refundendis expensis in casum succumbentia, sive super injuriis, & reconventione lis versetur, præstandam obstrictus fit: quanquam enim Fiscalem cuicunque indistincte reo, & in quāvis causā, cavere devictum teneri, asserere meritō dubius sim, quia ex necessitate officii, & sepe invitus experiri tenetur, ut durum inde foret, ad cuiusque rei desiderium oneri ipsum satisfactionis subjugare velle, causam sic Fisci, scipiis, uti videtur, neglecturum: Quia tamen etiam in Fiscales calumnia cadit, dum experientia teste, ex levibus sepe saltem indiciis, ad actiones famosas, & vitam atque bona concernentes, profilire audent, quos proinde, innocentia rei abunde detecta, & litis sumitus refundere, & propter illatas injurias satis facere debere, certissimum est, per text. expressum in P. 3. O. artic. 291. verb. oder so von Amts wegen geklagt wird vor derselben so von Amts wegen klagten nechsten ordentlichen Obrigkeit austragen. Matth. Stephan. ad Ord. Crim. artic. 201. quoniam ratione calumnia, nulla inter Fiscalem, & alium accusatorem, ratio disparitatis dari potest, Oldekop. Obscr. Crim. Tit. 2. Obscr. 28. n. 1. hinc mihi plane non appareat, cur non aliquando & Fiscali satisfactioni necessitas, antequam reus ad libellum respondeat, imponi posset? unde cum Status Provinciales Ducatus Mecklenburgici hoc ipsum urgerent in allegat. Gravamin. in Additam. de Anno 1701. gravam. n. daß Fiscalis, ohne vorher angesetzte gnugsame Erfkundigung / ehrliche Leute an Gut / Ehr- und Leben anklaget / und dennoch da solches ungegründet befunden / den Beklagten keine gehörige Satisfaction gegeben wird / als wird gebeten / Fiscalem ernstlich dahin anzuhalten / daß er ohne gnugsaamen Grund / zu der gleichen Actionibus nicht schreiten / sondern bedacht sam und den Rechten gemäß verfahren / widrigens aber / und nach befundener Unschuld und erfolgter Absolution, dem Beklagten wegen erlittenen Schadens / Schimpfss und Unkosten / völlige Erstattung zu thun schuldig seyn solle: Serenissimus Prin- ceps

ceps clementissimè regresit, daß es dabey gelassen werde/was die jura communia disponiven. Libet hoc præjudicio alio, Celeberrimorum Academiarum hujus Gissenæ JCtorum, illustrare: Cum quidam Procurator Fisci Regius, adversus Officialem aliquem, ex capite prævæ administrationis, accusationem institueret, eumque durante lite aut inquisitione super fôrdes, interim ut suspectum ab officio suspendi peteret, huncque in finem allegaret, quod Inquisitus multas, brevi tempore, sibi quæsivisset divitias, Officialis autem ore tenus & ad Protocollo (uti in Criminali & Inquisitorio Processu mosalias fert) ad articulos respondere recusaret, ac in primis super reconventione & expensis à Procuratore cautionem exigeret, laudati JGti, non saltem Officialem non suspendendum esse hoc ipso anno Mens. Octobr. pronunciarunt, (per ea quæ leguntur in l. 17. §. 12. ff. Ad Municipal. l. 2. ff. de Bonis Damnator. l. 2. Cod. Quando & quibus quarta pars. Myler. in Hypothecolog. cap. 14. §. 9. seqq. Petr. Frider. de Mandat. Jud. c. 13. in fin. Jul. Clar. in Prax. Crim. Quest. 68.) sed & antequam Officialis responderet, prius Procuratori cautionem, urgentibus circumstantiis, diserte injunxerunt: Verba sententia his exhibentur verbis: *In Sachen des Procuratoris Fisci N. N. zu Berg-Zabern / Anklägern eines / wider N. N. Raths-Verweiser daselbst/ Angeklagten am andern Theil / erkennen Königl. Schwedische Gouverneur und Regierung im Herzogthum Zweibrücken / auf eingeholten Racht ausländischer Rechts-Gelehrten vor Recht / würde Ankläger zu fordern die geforderte Caution super expensis & injuriis mit rüchtigen Bürgen oder Unterpfänden/oder wenn er solches zu thun nicht vermöchte mit einem Körperlichen Epd/ præfieren / innassen Er solches zu thun schuldig ist / so ist angeklagter zwar mit Anklägern in eine Mündliche Verhör/ sich gerichtlich einzulassen / und auf die Articulos ad Protocollo zu antworten gehalten / mit der Suspensione aber ab Officio, noch zur Zeit zu verschonen / sondern bey seinem Amt vor wie nach zu lassen: Innassen wir solches also erkennen / und die Gerichts-Bosten bis zur Endschafft der Sachen aussetzen. V. R. W.*

§. IV.

Quod de Cautione assertum ivi, idem quoque de Juramento
Calumniæ merito dicendum est, frustra scilicet hujus præstationi
 Fiscales sese subtrahere solere: Quemadmodum enim, uti jam
 sapienter monitum, Fiscus, hinc nec ejus Advocatus, Privilegio ul-
 lo utitur, nisi de cuius expressâ appetere concesione, L. 3. C. de Fi-
 scal. Usue. Gail. L. I. Obs. 90. n. 2. B. Dn. Stryck. de Neceffit. Edend.
 tit. sua Possess. c. 3. n. 90. Vincent. de Franchis. Dec. Neapol. 148. n. 2.
 In universo vero Romano Jure hæc immunitas à Calumniæ Ju-
 ramento Fiscale concessa nullibi offenditur Gail. dict. loc. n. 3. B.
 Dn. Stryck. de Cautel. Jurament. P. 2. S. 2. c. 4. n. 101. quin potius Le-
 ges Justinianæ ad hujus Juramenti præstationem quem vis litig-
 antem adstringentes, vid. Autb. Principales, Cod. de Jurejur. propt.
Calumn. generales sunt: hinc generali ipsum subesse regulæ con-
 stanter assero. Conf. Lauterb. Tract. Synopt. de Juram. § 7. n. 102.
 Mev. P. 4. Dec. 53. n. 1. 5. Nec Privilegium hoc affectatum in Jure
 Recentiori, Constitutionibus, & Imperii Recessibus, ullibi obvi-
 um est, ut vix inde obstare videantur qua in Recess. Imper. Noviss.
 de Anno 1654. 5. 37. 43. Davon (nemlich von Leistung des Ju-
 ram. Calumniæ) jedoch der Chur-Fürsten und Stände ver-
 pflichtete würfliche Räthe / so viel ihrer Herrn Rechtsferti-
 gungs-Sachen betrifft/ zu excipiren: leguntur verba. Hæc en-
 nim, seposita quavis inclinatione, & accuratius si inspicerimus,
 facile elucescat, diæta hæc minimè de Advocato Fisci sive Fiscale,
 disponere, verum de Advocato Principis, der dageb ein würf-
 licher Räht ist / & hæc concessa a Juramento Calumniæ immu-
 nitas disertè restringitur, aufs seines Herrnen Rechtsfertigungs-
 Sachen. Imò si ingener Fiscalem, licet munere vel titulo Consi-
 tiarii præclarum, hac exemptione, in omnibus Fisci nomine acti-
 onibus institutis, maclandum dixerim, tenori alleg. s. è diametro
 contrarium hoc foret, utpote hoc casu repetita in eodem gene-
 rali Juris Civilis dispositione, plenissimo suo gaudente robore,
 ibi: Dass jeder Partheyen Advocati, wenn es entweder die
 Parthey begehret/ &c. das Juramentum Calumniæ zu erstat-
 ten schuldig seyn &c. Hinc si sine lege, &c. quod impium, contra
 legem loqui non erubescerem, nimis alte volarem sine pennis,
 nec

nec mirum foret, si una cum Icaro ceciderim, ex ore Carpz. *Decis.* 28. n. 9. Klockii de *Contribut.* C. 16. n. 78. M. Wesenbec. *Conf.* 2. n. 1. præcipue cum exceptio, in casibus non exceptis, regulam firmet, Sesse. *Decis.* 120. n. 42. & eam ad omnia non excepta extendat, Klock. V. 3. *Conf.* 182. n. 600. & regulæ inde standum est, quoties in casu, de quo disputatur, non reperitur limitata. Cyriac, *Controv. Forens.* 499. n. 12. donec probetur limitatio. *Ibid.* n. 15. Imò regulæ tenaciter sunt attendendæ, nisi in contrarium appareat dispositio specialis, & sufficit unicuique, regulam habere pro se. Vivius *Decis.* 67. n. 14.

Porro Regula & Juris & Æquitatis fundamento nititur, Quod eò minus locum habeat hujus Juramenti remissio, quanto major ad sit calumniæ præsumtio, hanc vero, proch dolor! lata segete in Fiscalem hinc inde toto die cadere, passim Judicia testantur. Unde ad delationes, inquit B. Dn. Stryck, in *Diss. de Juram. Calumn. Remissione* c. 1. n. 48. etiam invalidissimas, & absque ullo, saxe fundamento, ruunt contra innocentes, ac, nescio quæ non delicta fingunt, non amore Justitiæ, & ut officio suo satisfaciant, sed ne hæc exoptatissima, privatos affectus libidinemque suam explendi, occasio præter labatur. Et jam pridem Anton. del Re de *Juram. Calumn.* c. 18. n. 15. his verbis hac de re conquestus est: *Per Civitat. nostri temporis* ad sunt quidam Procuratores Fisci, in quibus nullus DEI timor impressus videtur, omnia enim humana & divina Jura conculcant, nullis legitimis terminis servatis, causas rerum strangulant, de facio carcerant non carcerandos, ut per concussions subditos excori-ent, & omnia per fas & ne fas ipsi licere arbitrantur, dum crumenam impleant; & non solum se non exhibent subditis Procuratores Fisci, & Pa-storales tondentes lanam pecudum pelle tenus, sed exhibent se lupos rapaces, lacerantes viscera & etiam intestina populorum, & istud experientia, re-rum magistra, passim docet. Et sane eò minus isti hominum generi id remittendum, quod scimus adulacione erga Principem, aut pro ambitione, vel avaritia sua, sapienter lites excitare, aliis movere, & vel illorum gratiam, vel sua compendia, vel in alios vindictam querere. Mev. P. 3. *Decis.* 191. n. 6. P. 1. *Dec.* 141. cum tamen juxta mentem & monitum Theodorici Regis Italiæ in Epist. quad. ap. Casiod. 1. *Var.* 22. Advocatum Fisci instructuri, innocentium ani-

animo, tum calamo innoxio, & ubi justa experiendi adest causa, judicem adire fas ipsis sit. Ita enim post alia scribit: *Sume igitur Fisci nostri tuaenda negotia, ita per medium iustitiae tramitem moderatus incedere, ut nec calumniā innocentes graves, nec iustis petitionibus recensatores exoneret, illa enim vera lucra judicanus, quae integritate suffragante percipimus. Non ergo quoties saperes, sed quemadmodum vincas, inquiramus, æquitatem, nobis placituras, intende: Non quāras de potestate nostra, sed de Jure, victorias, quamvis laudabilius à parte Fisci perditur, cum iustitia non habetur; nam si Dominus vincit, oppressionis invidia est: equitas vero creditur, si supplicem superare contingat.* (Aurea sane, & cuivis Fiscali omni die, in quovis termino, qualibet instantia, in quovis judiciali Procedere, ad mentem revocanda.)

Quæ sane Calumniæ suspicio egregie superesse videtur, quando Fiscalis de pœnarum quibusvis portionibus, uti in multis locis morem ferre notorium est, participaverit.

§. V.

Nec obstat asserto meo illud Doctorum: Juramentum Calumniæ haud præstandum ab eo, qui necessario & ex officii necessitate agit. *Mev. P. 6. Dec. 138. Brunn. Cent. 1. Dec. 97. Mynsing. I. Obs. 74.* Nec quicquam contrariatur praxis & observantia Cameralis, quam juxta Fisci Advocatus a Calumniæ Juramento immunis existat. vid. Gail. L. 1. Obs. 90. ibique Fabric. Mynsing. all. loc. Ruland. de Commissar. P. 1. L. 2. c. 14. n. 30. quam observantiam teste Brun. cit. Dec. 97. in judicando secura fuit Facultas Frankfurt. anno 1653. Primum enim quod attinet, contrariam sententiam præsidii quicquam inde capere posse plane non videtur, ut pote asserto illo multis infringendo exceptionibus. Etenim, licet Universitatis & Collegiorum Syndici & Seniores, ex officio judicii limina premere tenentur, hæc tamen necesitas eos, quoties unquam calumniæ suspicio aderit, a præstatione hujus Juramenti nunquam exonerabit. vid. Brunn. Proc. Civ. t. 15. n. 10. Carpz. P. 1. C. 13. Def. 4. & quos longa serie recensem Hunnius in Encyclopæd. Jur. P. 2. tit. II. c. 4. n. 8. nec Tutores pupillorum nomine in judiciis versantes hæc necesitas a dicto juramento liberare poterit. Brunn. d. 1. n. 11. it. Necklenb. Hof-Ger. Ordin. Part. 2. tit. 16. ibi: *In der Minderjährigen Sachen / ubi in §. præced.*

ced. dispositum, quod circa Juram. Calum. in casibus non exceptis,
quorum Fiscalem relatum non invenio, Jus Commune, iterum Fi-
scali hanc immunitatem minimè concedens, observandum veniat:
ibi : keine sonderliche ausdrückliche Verordnung geschehen.
Quin, ratione hac, ab officii necessitate desumpta, adæquata rite, om-
nique exceptione existente majori, quilibet Advocatus sub hoc cly-
peo Juram. declinaturus, de calumnia sua in sinu gauderet. Cum
tamen Dd. ad re- & præstindendas calumnias, ne quidem Procurato-
rem in animam Domini, adversa præcipue parte contradicente, nec
justâ præsente causâ, jurare permittant, vid. Mecklenb. Hoff-Ger.
Ordn. P. 2. tit. 16. in fin. ad minimum scopo haud ad eo congruum
existimant, uti ita responsum ab Inlyta Facult. Giessena ad requisit.
Ithro Fürstl. Guaden Bischoff zu Münster und Paderborn M.
Aug. 1710. Inter alios graviter hac de re differit Ventura de Valent.
in Partben. Litig. L. 2. c. 5. §. 12. cuius verba addere placet: *Magis à calu-
mniando & litibus quoque modo protelandis, partes deterret juramentum
in propria persona præstitum, quam præstitum per Procuratorem, & magis
solliciri sunt de salute anime ipsi jurantes in persona propria, nec tam facile
ad litigandum profiliunt, quam si per procuratorem admitterentur, haud con-
siderantes, procurat. quidem eorum nomine jurare, sed non eorum nomine de-
scendere in gebennam.* Cui ad stipulatur Niel. Diff. Feud. 7. th. 2. lit. C.
ubi hujusmodi institutum salubre vocat: it. Geden. ap. Carpz. P. I.
c. 12. Def. 21. diabolicam hanc vocans consuetudinem, quod Juram.
Calumn. generale in Saxon. abrogatum sit, licet immerito, uti vide-
tur, ideo notatus à Dn. Titio, JCto Consummatissimo, Præceptore
quondam meo devenerando, Obs. ad Lauterb. 339.

Dubium ex Observantia Camerali fortè oriundum ita facillimè
enervabitur, quod praxishæc adeò nondum universalis, nedum uni-
formis existat, prouti communiter erroneè creditur. Tuto provocare
possum ad assertum Tilemanni de Benign. Observ. Pentecost. 4. O.
47. n. 2. ubi in annexo præjudicio de hoc testis est, in verbis: Fiscalis
jurat de Calunnia, ita observatum in Causa Fisci contra B. d. 20.
Januar. 1652. Unde colligi aliquatenus potest, quod Praejudicia Cameralia non
tam facile trabenda sint ad exemplum, præsertim in controversiis perplexis, &
multiplicem distinctionem habentibus: neque rarum est, ut ipsi Affessores Ca-
meræ Imperialis à præjudiciis suis recedant, cuius exempla ex Observationi-
bus Cameralibus allegari possunt, nisi id quotidiana doceret experientia; sunt
verba

funt verba Vultej. *V. i.* Conf. Marburg. 34. n. 53. ubi idem in præjudicis Cameral. quæ à Gailio, Mynsing. & aliis allegantur, adstruit. Conf. Fichard. Conf. Germ. 59. n. 8. 9. quem omnino vide. it. Cothman. *V. i.* Rep. 23. n. 31. Quin ex sententia non infimorum JCTorum, quæ de praxi Cameræ ex Gail. & Myns. pro immunitate Fiscalis à Jurament. Calumnia, allegari solent, tantum ad Fiscalem Imperii, & Cæsaris in specie, restringenda veniunt. Vid. Mev. P. 6. Dec. 191. n. 5. Grav. Pract. Concl. 90. n. 6. Obrecht, *de Juram. Column. Cap. 6. n. 29. seqq.* Fabric ad Mynsing. Cent. 1. Ohf. 74. in fin. Hunn. all. loc. n. 7. unde & Surdus Dec. 18. si. sibi tutius videri, inquit, quod Procurator Fisci juraret de Calumnia in propriam animam, licet à domino hoc Juramentum non „sit exigendum. Et Dn. Stryck. in all. dissert. de Jur. Cal. Remiss. cap. 1. „n. 40. optimè ita: *Si Vir bonus sit talis Procurator, & cui justitia curæ cor- dique est, lubenti animo hoc Juramentum præstabit, si vero id renuat, haud vanam calumniam sive suspicionem ipse suggesteret.*

§. IV.

Quam sententiam eò magis stabilunt, quæ in Fiscale Imperii deprehenduntur præ aliis specialia: quippe hic non solum ob maiorem dignitatem à Calumnia Juramento eximendus venit, (licet nec dignitas à præstatione hujus Juramenti relevare videatur, cum & in quacunque dignitate constitutus hoc præstare teneatur, et si Princeps fuerit. Camill. Borell. in *Summa Decis. Tit. 51. de Juram. Cal. n. 25.* 42. & seqq. Berlich. *Concluf. Pract. 21. n. 20. Part. 1.*) verum etiam angusti, quibus munus ejus augustum coeretur, cancelli, alteri calumniæ obtrudere vix patiuntur, utpote actionibus, quibus adversus alios contendere gestit, item Interventionibus &c. ante exhibitionem coram Commissario ad agendum à duobus eruditionis exploratæ Assessoribus Cameræ inspectis & revisis, cognitâ tunc demum causa, ad agendum vel interveniendum commissio decernitur, qualis denique modus in cunctis ulterioribus productis, priusquam judicio exhibeantur, observari suevit, ut adeo singulare illud privilegium, rebus ita comparatis, in cuiusquam præjudicium planè devergere nequeat. Conf. Ord. Cam. P. 1. Tit. 16. §. 1. 2. & Tit. 15. §. 2. quin ob diversitatis rationem, Fisci Procuratoribus in genere quibuscumque tribuendum haud sit, ne privilegia, quibus exemptio hac Fiscale Cæsarei merito accensetur, contra naturam suam, extra casum de quo loquuntur, extendantur. Thöming. *V. i.* Conf. 4. n. 23. quæ sanè exten-

fo

sio cessat in odiosis, etiam ex majoritate rationis. Hoc dicitur *V. i. Conf.* 95. n. 98. & in correc^torio. Id. n. 100. cum ea quae speciali favore concessa, (uti hic Fisci Cæsarei exemptio à Calumnia Juramento) nullam patiantur extensionem, Argentorat. *V. 2. Conf.* 16. n. 10. Quod & attenderunt Incliti JCti Lipsienses in Resp. verius Suerinam, ibidem d. 27. Maj. 1710. publicato, in puncto prætendit^r gällung eines Gisches auss Fürstl. Geldern/in causa Fiscalis contra N. von W. daß Fiscalis zuförderst das Juramentum Calumnia zu schweren schuldig sey. Et in puncto Juram. Appellationis eodem modo decidit Illustris Facultas Giessena Ao. 1709. ad requisitionem Cancellariæ Cellensis ad requisitionem des Herrn Geheimen Rath^s von B. contra den Amts-Anwälde in puncto der Abdeckerey.

§. VII.

In materia *Exceptionum* hoc Pseudo privilegium non una vice allegari deprehendimus, dum Procurator Fisci, contra subditum litigem intentans, exceptione Præscriptionis eandem minime declinari posse persuasum sibi habet. vid. Dn. Titius *Obs. ad Lauterb.* 1428. in fin. Repugnat talis doctrina Legibus & æquitati. vid. Horn. *Jur. Publ.* c. 60. §. 20. Ja Sie ist capable aus denen Fürsten rechte Tyrannen / und aus denen Untertanen elende Slaven zu machen. Præscriptionis siquidem officium est, securum quem reddere, omnem actionem proorsus excludere. Mev. P. 6. *Decis.* 122. n. 2. immortali timore quem liberare, omnes lites tollere, non concedere, ut ex causa, qua postea emergere, aut quem dies supplere potest, res semel sopia re-suscitur. Gilcken. *de Præscript.* c. 13. n. 98. Accedit, quod cum Imperator Anastasius in *L. fin.* c. de Fund. Patrimonial. Præscriptionem Quadrageñariam hujusmodi rerum amissioni jam determinaverit, nullam penitus super eorum dominio à publico actionem vel molestiam, aut quamlibet inquietudinem formidabunt, uti his verbis *questiones de dominio per præscriptionem jugiter continuatam, acquisito, movendas, in cit. loc. ex-*clusit. Non obstante tritissimo illo, legibus omnibus Principem præviter eximente asserto, Principem Legibus vivere solutum: Cum enim bonus Princeps nil differre a bono patre credatur, Princeps quoque justitia plenus præsumitur saltem velle id, quod jura volunt. Reink. *de R. S. & E. Cl.* 3. c. 12. n. 69. 75. 77. latè Reusner. *L. 1. Conf.* I. n. 46. 47. 63. 64. & seqq. Si enim justitia suum cuique tribuit, justus profecto Princeps dici non potest, si id, quod suum est, alteri auferat: nisi

fortassis illud admittatur, Principem juste injuriam facere posse, contra tam juris, quam naturalis æquitatis rationem. Idem, *dicit Conf. I.* n. 222. vid. omnino Mev. *P. 5. Dec. 122. n. 6.* Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 5.* Aphor. 6. n. 4. cum tamen Princeps plenitudine potestatis uti velle, nunquam præsumatur. Gail. *L. 2. Obs. 56. n. 12.* licet enim suprema ejus sit potestas, est tamen intra fines justitiae conclusa. Id n. 11. Hinc Baco de Verulamio, Anglia Cancellarius, *L. 7. de Augment. Scient. c. 2.* Jacobum M. Brittaniæ Regem sive hæc verba (digna sane vox ejus qui cum Majestate imperat) dixisse refert: *Reges juxta leges regorum suorum gubernacula tractare, quemadmodum & Deus juxta leges Nature, & eaque raro prærogativam illam, quæ leges transcendit, ab illis usurpandam, ac a Deo videbemus usurpari potestatem miracula patrandi.* Quod multo magis procedit, sit Præscriptio fuerit temporis Immemorialis, hujus enim exceptio neque per legem prohibitivam, neque per quacunque verba universalia, quamcumque præscriptionem excludentia, exclusa videtur. Tübing. *P. 1. Conf. II. n. 67.* ubi de communi Dd. calculo testantur. Carpz. *I. I. Rep. 44. n. 18.* Reinck. *de R. S. & E. L. I. Cl. 5. c. 2.* n. 29. cum All. Und kan solche nicht allein per vim peremptoria, ad merita & justitiam causæ, sondern auch ad impedientiam Litis Contestationem, ejusdemque ingressum, beständiglich vorgeschützt, wie nicht weniger ex officio, obgleich dieselbe nicht angezogen, aber doch ex Actis erscheinen würde, vom Richter in Acht genommen werden, inquit Klock. *V. 2. Conf. 51. n. 39. 40. 41.* Myns. *L. 3. Obs. 28.* Et possessio immemorialis habet vim & effectum concessio-
nis & Privilegii à Principe obtenti. M. Wesenbec. *P. 7. conf. 301. n. 16.* induitique specialis, & certa scientia concessi tituli. Klock. *V. 1. conf. 50. n. 214.* imo Legis scriptæ ac Consuetudinis. Tübingenf. *P. 1. conf. 20. n. 66.* M. Wesenbec. *d. conf. 301. n. 120.* æquipollit veritati, & tan-
tum potest, quantum Princeps cum causa Argentor. *V. 2. conf. 72. n. 105.* Klock, *cit. conf. 51. n. 39-41.* eaque decenter probata tantam obtinet vim, ut etiam ipsi Ecclesiæ, nedum Principi, præjudicet. Cephal. *conf. 203. n. 38. seqq.* Harprecht. *V. 1. conf. Tubing. 14. n. 106. & mult. seqq.* Inde quoque in Recessu Provinciali Patrio, id est, Mecklenburgico de Anno 1621, catus: Fürs Neunzehnbe wöllen wir keinen Unsrer getreuen Unterthanen an seiner Jagd-Gerechtigkeit die Erüber Rechtsverwehrte Zeit legitime hergebracht, und noch jego in possession vel quasi rechtmäßig hat, einige Behinderung Turbation und

und Einhalt erzeigen ic. Idem docent Incliti Academias hujus Gif-
senae Jcti, hinc adhuc nuperime Mensis Novembr. hujus Anni in
causa Principis Herculani ad Rempublicam Venetam Legati Cas-
rei, & Marchionis Alexandri Malaspina de Podenziana, inter alia i-
ta respondetunt : *Ponamus alienationem feudi nulliter quondam factam*
fuisse, & Antecessoribus Marchionis Malaspina actionem hoc nomine ad repe-
tendum feudum competuisse, jus tamen omne immemorialis temporis lapsu quo
jus suum prosèqui neglexerunt, prorsus exstinctum fore; Nihil enim est, quod
tempore cuius non exstat memoria, non convalescat, vel quod prescriptione
immemoriali non amitti, vel acquiri possit, cum licet prescriptio prohibita sit,
immemorialis tamen locum habeat, & jus omne, omnemque actionem elidat.
L. hoc juro. 3. §. 4. ff. de Aqu. quotid. l. fin. ff. de Aqu. & aqu. pluv. Panorm.
in cap. super §. præterea de V. S. Balb. de Praescript. P. I. Q. 6. n. 8 Gratian.
Tom. 3 Discept. For. c. 441. n. 2. Decius conf. 596. n. 10. Perez. ad tit. C. de
Praescr. 30. vel. 40. annor. n. 16. Hec siquidem ex Jure Naturali & Gentium
descendit, atque in summa æquitate consistit, adeo ut Reges etiam, & summos
Principes obstringat. Stuckrad de Praescript. Reges & summos Principes ad-
stringente per tot. Sixtin. de Regal. L. I. c. 5. num. 141. seqq. Mynsing. Cent. r.
Obs. 30. Puffendorf de J. N. L. 4. c. 12. §. 5. 8. seqq. Conring de Finibus Imp. c. 19.

§. VIII.

Similiter & hoc animadvertere licet, quod quotiescumque Fi-
scus, levibus præviis indicis quem in jus vocaverit, & reus, innocen-
tia jure suo fatus, in Exceptionibus suis justum super instituta acti-
one dolorem, quem temperare omnino innoxio grave videtur, o-
stenderit, toties Fiscalis ægre hoc ferre, ac statim actionem injuria-
rum, minari soleat; (cum tamen extorta ferventior responso non sit
contumelia. Cothman. V. 5. Rep. 17. n. 14. & nil injuriæ faciant viri
prudentes, si vel necessitate vel utilitate impellente, duriore respon-
sione utantur. Idem n. 85.) quasi vero hoc Juribus & Privilegiis Fi-
isci esset adscriptum, ut personam honestam absque sufficientibus
præsumptionibus in Inquisitionem rapere liceat, nec is, qui dicit, quæ
vult, ea quæ non vult, audire teneretur. Quia in re quid Incliti Jcti
Academias hujus, præterito Anno 1710. mensis Febr. responderint, li-
bet referre: Cum Pastoris cujusdam ancilla fuisset deflorata, hæcque
non herum situm, ipsum Pastorem, sed alium quendam denuncias-
set, Fiscalis tamen ex officio contra Pastorem quasi suspicium inqui-
rebat, & quo juramento ab indicis se purgaret, instanter petebat: Pa-
stor

stor innocentiam suam allegans in Exceptionibus suis inter alia assertebat: Es hätte vielleicht der Fiscalis die Blage aus Instiftung böser Leute angestellet ic. quæ verba Fiscalis plus quam ægre ferrens, actionem mox injuriarum æstimatoriam ad mille florenos movebat, quæ de re cum laudati JCTi fuissent consulti, ita responderunt: Was die dritte Frage anlanget ob Advocatus Fisci befragt sey 1000. fl. vor die vermeinte Beschimpfung von dem Pfarrer zu fordern? So ist aus des Pfarrers *Defension* und *Exception-Schrift* zu ersehen, daß derselbe die Fiscalische Blage, eine unwahre und vielleicht per subordinationem aliorum angestellte Blage genennet, und daß die Blage vermutlich aus Instiftung böser Leute moviret habe: Welche Worte der Advocatus Fisci pro injuria auffgenommen, und solche auff 1000. fl. Straffe pro sua satisfactione æstimiret hat.

Dieweil aber (1) der Pfarrer sogleich in seinen duplicitis sub Num. Act. 4. darauf contestiret, daß was Er geschrieben, nicht animo injuriandi, sondern defendendi gratia geschrieben, auch mit einem ausdrücklichen Vielleicht und Vermuthlich begleitet hat; jam vero unanimis Doctorum sententia est, quod reus si probabilem dicti sui rationem alleget, ante litis contestationem protestetur, se verba illa, quæ tanquam injuriosa ab Actore acceptantur, eo animo non protulisse, sed alia de causa, v. gr. defensionis, & pro necessitate causæ, ut ea loqueretur commotum fuisse, seque bene de Actore sentire, protinus absolvı, & ultra ejusmodi declarationem nihil amplius a reo desiderari debeat.

Berlich. P. 5. *Conclus. 60. n. 14. Mev. P. 7. D. 113. n. 4. Carpz. Proc. Crim. P. 2. Quest. 97. n. 12. Wesenbec. Vol. 5. conf. 239. n. 68.*

Quoniam injuriæ non ex sensu sibi applicantis, sed ex animo & ore dicens æstimandas sunt.

Mev. P. 7. Dec. 1112.

Cum absque dolo & animo injuriandi nunquam committantur.

L. Illud. 3. §. 1. ff. *de Injur. Roman. Conf. 69. per tot.*

Auch (2) bey dem Pfarrer wann Er (wie man juxta deducet) nicht anders von ihm präsumire kan, unschuldig ist, zweifels ohne justus dolor vorhanden ist, zumahl da es etwas seltenes ist, daß contra tertium, & a stuprata non nominatum, ein Fiscalischer Proces angestellet werde, qualis Processus Famam & Existimationem inquisiti non parum lädet ac minuit.

Vid.

Vid. Carpzov. Proc. Crim. Quæst. 198. n. 62.
Brunnem, de Process. Inquisit. cap. 4. n. 2.

So finden wir nicht/ wie der Advocatus Fisci wegen vorge-
dachte Worte actionem injuriarum mit bestand Rechtens anzua-
stellen könne befugt seyn. D. R. W.

§. IX.

Non desunt quoque Procuratores sive Advocati Fisci, qui cir-
ca Probationes Privilegia sibi arrogare gestiunt, dum, fundamentum
licet intentionis suæ nondum probaverint, Reo tamen Exceptionis
suæ probationem incumbere, hanc; non probata, eundem condem-
nandum esse arbitrantur. Sane in Civilibus omnia jura aversantur,
ut reus condemnetur, priusquam actor intentionem suam probave-
rit: quid in Criminalibus? ubi vita & salus inculpati atque conjun-
ctorum ejus periclitatur, inquit Dn. de Lynck. Rep. 94. n. 27. & pro-
fecto expediti juris est, exceptiones a Reo oppositas non aliter, & pri-
usquam intentionem suam Actor probaverit, probandas esse. Mev.
P. 8. Dec. 36. P. 4. Dec. 316. quia reus semper intelligitur exceptiones
proponere, sub conditione, si actor probaverit, protestatio defuper
non est necessaria, sed semper subintelligitur. Pacian. L. 1. de Probat.
c. 75. n. 13. & c. 68. n. 52. Ampliant hoc Dd. etiam si reus onus proban-
di exceptiones assumat, easque non probet, non propterea renunci-
asse eum videri juri absolutionis, quæ fieret actore non probante. Ca-
cheran. Decis. 144. n. 16. Pacian. all. tr. c. 96. n. 3. Nam per non jus a-
ctoris reus vincere debet, per non jus rei nunquam vincit actor. Fa-
ber L. 7. Cod. Tit. 18. Def. 56. n. 16. 17. Klock. V. 2. conf. 17. n. 87. Pacian. all.
tr. c. 7. n. 52-56. L. 1. Tübingens. P. 5. conf. 246. n. 38. Idem obtinet in
reо contra Fiscum excipiente, hic enim antequam de intentione sua
judici exactam fecerit fidem, ad probandas a reo propositas exceptio-
nes, hunc adigere nequit, vid. L. 25. ff. de Jur. Fisc. Peregrin. de Jur.
Fisc. L. 7. T. 3. n. 13. Vivius Dec. 236. n. 1. tam in Civilibus quam Crimi-
nalibus. Vivus vir. Dec. n. 1. 2. & Dec. 392. n. 8. Etiam si Actor & Reo pro-
batio fuerit injuncta cum termino peremptorio. Mev. P. 8. Dec. 36.
Christinae. V. 1. Dec. 95. n. 1. 3. Et quidem probatio haec fieri debet non
obiter per presumtiones, sed exacte, non in genere, sed in specie vid.
Mev. P. 5. Dec. 11. n. 5. P. 8. Dec. 236. n. 7. Besold. conf. Tubing. 246. n. 35. Ru-
land. Commissar. p. 1. L. 2. c. 1. n. 15. Cum jure carere dicatur, qui non pro-
bat. Klock. conf. 10. n. 472. Surdus Decis. 36. n. 9.

§. X.

§. X.

Ast quid de hoc prætenso Privilegio dicendum fuerit, quando Fiscus, nulla, sive probatione, sive præsumptione instruetus, Reo tamen Juramentum deferre se posse arbitratur? Intrepidè dico, quoniam Fiscus, uti in præcedentibus abundè ostensum, eadem cum privatis fortuna, eodemque (nisi expressa in casibus exceptio doceatur) jure utitur, prædictum Privilegium minimè Fisco afferendum. Fixa enim mihi hæret sententia, quoniam Juramenti non promiscuè, sed parce utendum est, ejus delationem locum non habere, nisi is qui defert aliqualem vel Probationem vel Præsumptionem pro se habeat, darz aus so viel zu ersehen/dass Bläger Ursach gehabt/die Blage zu erheben/und dem Beklagten den Eyd zu deferirrn. Novi equidem, contraria sententia, etiam quoad privatos in judicio contendentes, plurimos exstare patronos, indistinctè Juramentum ab Actore, etiam nihil penitus probante, & absque omni præsumptione, vacuo, Reo deferri posse afferentes, vid. Carpz. P.1. C.12. Def.2. & L.1. Resp. 42. n.2. Fachin. I. controv. 19. in Roff. ad Arg. 1. Zesl. ad ff. Tit. de Jurejur. n.34. 38. Brunn. Cent. 1. Dec. 27. Setser. de Juram. L.4. c.2. n.46. & seqq. Berlich. P.1. conclus. 19. n.9. Joh. Parlador. Rer. Quotid. L.2. c. fin. 9. 3. part. 1. Sed nec defunt nobiscum facientes Menoch. L.1. Præsumt. 81. n.1. & 2. ubi hanc communem esse testatur, Rutger, Ruland. de Commissar. p.4. L.6. c.10. Membr. 3. n.4. Böer. Dec. 95. n.6. Hippol. de Marfilar. Singul. 83. n.2. & per tot. in primis Cothm. V.2. Resp. 82. per tot. & Pacian. L.1. de Probat. c. 68. n. 32. Harm. Hartm. tit. 12. obs. 3. & tit. 25. obs. 2. B. Mollenbec. Cent. 2. Div. 2. Addit. 10. Schilter. in Prax. Jur. Rom. Exere. 23. §. 8. ubi ait, Doctores magni & multi nominis ita sentire, & ex principioi Jur. Germ. hanc sententiam defendi posse, quæ non admittant juramenta, nisi ex fontica causa, & Celeberr. Mev. P.6. Dec. 405. n.9. testatur, communem & veriorem illam esse J. Ctor. opinionem, quod regulariter siue aliqua præsumptione ad juramentum non sit decurrentum: ubi tamen notaveris, Rubrum hujus Decisionis differre a Nigro, accurate congruente cum Decis. seq. 408. ubi n. 2. ita: Ubi nihil probatum, nec aliquibus præsumtionibus reus oneratur, non est locus delationi Juramenti. Mihi ultimæ accedenti, circa hujus questionis enodationem liceat esse paulo laxiori. Certo certius est, Actorem & Reum esse Correlativa, & pari procedere passu, maxime in medio litis, ubi par utriusque favor. Gail. 1. obs. 81. n.17. Actore vero probante, reus est condemnandus, neque adjusrandum

randum amplius compelli potest actor. c.2. X. de Probat. Ideo quoque actore non probante, reus est absolvendus. Mev. p. 8. dec. 368. n. 2. ex natura correspondiorum, quorum idem est judicium. Richt. Dec. 99. n. 34. eorumque uno posito, ponitur & aliud, & sublatu uno, tollitur & aliud. Carpz. p. 2. c. 41. def. 10. n. 4. Rota Genuens. Dec. 14. n. 46. præcipue cum in omni judicio, in fine litis major sit favor rei, ut in dubio absolvatur. Gail. L. 1. Obs. 31. n. 12. Vivius Dec. 236. n. 3. adeo, ut si reo, non actori, injungatur probatio, ab hac sententia appellatio recte procedat. Pacian. de Probat. L. 1. C. 68. n. 50. 54. Mev. P. 8. Dec. 226. Cum actor nihil obtinere possit, qui sua intentionis fidem non facit, cum jus ejus nullum appareat. Mev. p. 4. dec. 316. n. 1. Tübing. p. 5. conf. 246. n. 35. ut nec juramentū Purgatorium reo deferri possit, nisi tales præsumtiones ad sint, quæ liberant actorem ab ulteriori probatione Mev. p. 8. dec. 57. n. 3. Id quod Judicis arbitrio relinquendum est, cuius ratio & applicatio consistit ex modo præsumptionis quæ reum arguit, ita tamen, ut nec temere gravet reum nec facile dimittat. Idem Part. 7. Dec. 227. n. 7. Unde p. 7. dec. 285. n. 4. creditores, filium de credito paterno convenientes, cum filius administratorio nomine bona se cepisse assereret, intentionis sua fundamendum, quod filius ad bona proprio nomine, & cum conditiōne æris alieni solvendi, accesserit, probare vult, aut reum fore absolvendum; cum tamen creditor, non quidem probationem plenam, NB. tamen argumenta quædam non levia proferret, unde conjici possit, filium non nudum administrator esse, &c. tunc filium ad juramentum prestandum adigendum esse. n. 3. 4. Id. p. 6. dec. 320. n. 3. quia de Actoris Jure prius constare debet. Id. p. 8. dec. 36. n. 3. Quam sane sententiam maxime confirmant, quæ in Ordinat. Provinc. Mecklenburg. parr. 2. tit. 28. disposita inveniuntur: Es soll ein jeder Kläger seine action der gestalt aussstellen/ dass er dieselbe durch ordentliche Wege des Rechtns ansführen und sich sowohl als seinen Gegentheil mit Leydes Leistungen unbeladen lassen möge: Sollen aber NB. Umlbstände vorfallen/daraus zu spüren unz zu schließen/dass zu den Leyden notwendig und nützlich geschritten werden könnte / sollen unsere Land-Richter und andere Assessores ermordete Umlbstände wohl erwogen/und/wann dieselbe richtig und rechtmäßig befundē/gedachte Leyde zulassen/un den Gegentheil darüber hören.

Quæ verba adeo profecto clara sunt, ut nihilo minus, omni plane cessante præsumtione, pro lubitu & exercitiū quasi gratia, juramenta deferre velle, non tam contra mentem Législatoris, verum etiam Juri Divini, assumptionem nominis divini in vacuum acriter prohibenti, è diametro contrarium foret. Si enim quæso cuilibet, ex Dorum quorundam asserto, ad juramenta, litigiis forte temere & ex calunnia motis,

convolare liceret, ecquid tam accurat*i*. Judicis ponderatione, quibus præviis circumstantiis, Was für Umstände / und ob zu den Eydēn nothwendig und nützlich geschriften werden könne / opus foret, cur demum pravia causa cognitione & accurate momentorum à judice instituenda discussione , und wann dieselbe richtig und rechtmäßig befunden / hinc non potius altera etiam parte inaudita, den Gesgentheil darüber hören/ ad juramentorum delationes perveniri posse? quare alteram partem prius defuper audiendam esse, disertis verbis injungitur, si huic frivolem juramenti prestationem justis & legitimis exceptionibus ac allegationibus impedire non licet? Superflua omnino alias tam graviter prolatas forent verba, quorum tamen semper ex sūnenda est interpretatio , ut nulla syllaba sit otiosa. Cancer. P.1. Var. Refol. 14. n. 12. T c. 8.n. 157. Hect. Capyc. Latro cons. Jur. 2. n. 40. & conf. 75. n. 3. ne minimum quidem verbum. H. Pistor. L. 2. Q. 3. n. 13. Cacheran. Decis. Pedemont. 141. n. 4. Cum enim supervacuis probationibus nemo sit onerandus, quanto minus juramento, uti rite argumentatur Carpz Rep. 43. n. 14. s̄eqq. Piè inde Mev. p. 9. dec. 76. n. 1. docet, non tantum perjurium vetare legem divinam, sed etiam assumptionem nominis divini in vanum, ut secunda lex Decalogi habet, quæ ostendit , quam grave periculum sit, nomine tam sancto abuti ultra necesitatem, contra pietatem in judiciis, quæ Deo habentur, colendum. Id. P. 7. Dec. 31. n. 4. Talem vero necessitatem ubique, & quotiescunque vel improbus ligator, omni probatione & præsumptione inanis, litigia movet, adseruisse, absurdum sane foret, nam bonus vir id, quod scit se non posse probare, debet tacere, inquit Roland. à Valle V. 2. conf. 68. n. 36. Klock. V. 1. cons. 10. n. 472.

Certum equidem est, quando, & quies obviis casibus ac negotiis, deferenda sint juramenta , certis accurate regnulis & cancellis includi non posse : hinc officio judicis aliquid circa hac tribuisse , optimum est, & a quo duxit Serenissimus Legislator in memorata Ord. Prov. ibi: Sollen unsere Land-Richter &c, cujus tamen arbitrium, tanquam boni & quadrati viri Legibus & aequitatum sit, præcipue in materia juramentorum; quippe cum ab horum præstatione tota cause decisio dependeat, hocque præstitum plenam faciat probationem, Treutler. V. 1. cons. 52. n. 4. imo executionem paratam habeat. Idem cit. enonf n. 6. & ex eo oriatur exceptio litis finitæ. Id. n. 8. nec aliquid admittatur, propter quod hujusmodi juramentum retractetur. Id. n. 7. dist. cons. hinc accurate rationem habeat, utrum actor jam quid probaverit, an non pro reo militans præsumtio hanc adversarii intentionem eliserit, cujus fama & vita uterque tam actor quam reus, an verisimiliter ad id, quod v. gr. actor in judicio persecutur, præstandum alter

alter obligatus sit, hisque ita, habitâ de singulis circumstantiis subtiliter inquisitione, (utpote minima unius circumstantiæ varietate si-
ve mutatione, totum jus mutante) Klock. V. 3. conf. 135. n. 233. seq. Kirch-
berg. Tr. de Feud. ex Pact. & Provid. c. 4. n. 105. Myns. Dec. 9. Rep. 99. n. 3.
Cont. i.) exactè secum expeditis, an, (præambula tamen semper vel ali-
quali præsumtione) & cui, juramentum deferendum sit, statuat: *Bonus*
*enim judex causa cognita diligenter intuebitur, cuius potius jure jurando diri-
menda sit quaestio, utroque scilicet in probatione deficitente.* 2. Feud. II. in fin. Nec
judex debet velut truncus aliquis, sed tanquam vir bonus ac negotiorum peri-
tus arbitr̄, considerata personarum qualitate, rei quantitate, controversia pondere,
ceterisque conditionibus & circumstantiis diligentissimè excussis ac perpensis, ju-
risjurandi conditionem vel rejicere vel recipere, inquit Cothm. Rep. 82. n. 56 Vol. 2.

§. XI.

Ethoc ex fundamento Mev. P. 1. Dec. 28. n. 4. collationem bonorum
petentem, quando certum est debitum, debiti autem quantitas sal-
tem incerta, ad juramentum recurrere licitum afferit, ubi verò adver-
sarius nescit, sed tantum de acceptis conjicit, nihilque probat, aut de
aliquibus apparet, non cogendum alterum jurare, allegantem teneri
probare; addita optima ratione: *Nec enim nullo designato oportet ex con-
scientia rei intentionis fundamentum petere.* Cui sententiæ calculum
quoque adjicit, alias dissentiens Carpz. p. 3. c. 11. def. 29.

Porro heres à coherede familiæ erciscundæ judicio quid exigens,
tanquam actor, probare tenetur, nec, nihil probato, justè petitur, ut
mediante juramento designet, ubi enim nihil probatum, nec ali-
quibus præsumtionibus oneratur reus, non est locus juramenti de-
lationi. Mev. P. 6. Dec. 408. n. 2. it. In simili Carpz. contrariæ sententiæ,
acerrimus alias propugnator P. 2. C. 29. def. 14. addita hac n. 6. ratione,
quod alias per id occasio daretur, jurandi in immensum, quod esset
absurdum, à quo evitando argumentari licere. Conf. quoque Klock.
V. 2. conf. 73. n. 22. cum Alleg. Cacherian. Dec. 96. n. 3. & in fin. Iterum ante
omnia probandum est, alimenta quæ repetit, quem impendisse, & si
certò de hoc constet, de impendi qualitate, ad juramentum decurri-
tur. Mev. P. 6. Dec. 38. P. 2. Dec. 18.

Si quem possidere verosimile est, (quod minimū ante omnia præ-
cedat necesse est, cum nec quisquam nisi de verosimil bus jurare per-
mittatur. Mev. P. 7. Dec. 6. n. 5. qualitatem & quantitatem bonorum
juramento possessor exprimere tenetur. Mev. p. 6. dec. 150. p. 5. dec. 47.
numer. s. X. 2. ~~iterum ante omnia probandum est, alimenta quæ repetit, quem impendisse, & si certò de hoc constet, de impendi qualitate, ad juramentum decurritur.~~

§. XII.

§. XII.

